Bet 226
№ 22

Prot 2

Cat. Inc. 195 (2º Tratado)

C 9
C 7.

C V. 928

118510134

# Contenta.

¶ Primum volumen Contemplationum Remundi duos libros continens.

¶ Libellus Blaquerne de amico et amato.

¶ Beati Rhenani Alſatici ad lectores epigramma.

En pius egreditur latum remundus in orbem:
 Commoda qui multis grandia ſepe feret.
Non tibi perpetuis iaceat damnata tenebris:
 Nugaci fuco pagina tota carens.
Senſa ſub incultis latitant preſtantia verbis:
 Que poſſint mentes erigere apta pias.
Jam bene tricenos Remundus vixerat annos
 Pompoſus/vecors/deſidioſus/iners:
Turbida fallacis linquens cum gaudia mundi
 Durus in abrupta corpora rupe domat.
Noxia preterite redimens vbi crimina vite:
 Suſcepit celſi munera larga patris.
Parrhiſios/latie tandem primordia lingue
 Poſt octo ſitiens luſtra peracta/petit.
Grammaticen libans primum: infuſa arte reliquit
 Innumeros nuda ſimplicitate libros.
Euoluis dignos igitur quicunq; labores:
 Fac prece (quotquot opus reſtituere) iuues.




¶ Venales habes in leone argẽteo vici ſancti Jacobi.

BIBLIOTECA PROVINCIAL DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA
CASA PROFESSA IHS

de. cella Prior

+ Jesus xps maria v'go. Iste liber e ...

¶Jacobus Stapulenſis Gabrieli neophito Cartuſio. S. in domino omniū ſaluatore

E Luxerunt anni ſupra quatuordecim( narratione paulo lōgiore vtar)erat michi tūc aureus obolus pene inutilis/venit ad me q̄dā gallie narbonenſis/michi apprime notꝰ ⁊ amicus/librū tenēs/quē ꝓtinus erat vēditioni expoſiturus. laborarat enī aduerſa valitudine/⁊ inopia premebaṫ. viſo titulo de contēplatione ſalicet q̄ fit ī deo: rapior ilico libri legēdi deſiderio. obolū aureū(q̄ michi tūc aderat)illi pretēdo/ vt ſi vellet acciperet: etiā a me nō accepto libro/lectionē tn̄ requirēti. Ille vero(q̄ ſua erat modeſtia)voluit vt librum caperē/et ſublachrimabaṫ pariter. ſic enī librū charo proſequebaṫ affectu. ego vo illa intētione cepi: vt nō minus imo etiā magis illi/ꝙ̄ michi liber eēt vſui. vñ ⁊ ipſe plurimū gaudere cepit: ꝙ neceſſitate cōpulſus tādē in alterius manꝰ illū nō ꝯſignaſſet. Inceſſit illi cupido(mēbris nōdū ſatis ex morbo ſolidatis)patrios inuiſere lares/⁊ q̄ fortuna circa eū poſtmodū acciderit: me latet. Liber itaq̄ apud me māſit ⁊ plurimā michi attulit conſolationē. ⁊ pene ad hoc ꝯtraxit: vt dimiſſo mūdo/ deū ī ſolitudine q̄rerē. ⁊ forſitā felix: ſi tractū ſecutꝰ / executioni demādaſſem. librū legēdū multis ꝯmunicaui. ī primis Gullelmo Vaſſario cui cū opulētia rex nō deeſſet/vt q̄ eſſet ex diuite domo/filiorū primꝰ: ſtatī relictis mūdanis fortunis/ad rigidā clauſtri obſeruātiā cōfugit. legerunt Nicolaus morauꝰ/Nicolaus itē grābuſius/ Remūdus Buccerius/⁊ alij nō pauci/nō aliter ī ſeculo ꝙ̄ in arcta vite cuſtodia degētes. Nichil igiṫ michi mirum viſū eſt: ſi eadem lectio me ita affeciſſet/cum eos ita percepiſſem affectos. verū ꝓpoſitū qđ cōceperā( vt accidere ſolet)interturbauerūt ꝙ̄plurima. diſſuadebāt nōnulli/ parti retinebāt cure ⁊ quedam nōdum abſoluta ſtudia. dū igitur differo/dū mūdi fugam ꝓtelo deſiderio tn̄ ſꝑ eſtuās/ ꝓpoſitū fouebā/ viſitādo ſanctos opinione hoīm viros. colebā inſuꝑ mirifice eos: q̄ zelo dei mūdū calcantes/⁊ verbis ⁊ operibꝰ accedētiū mētes ad deū eleuabāt/ Momburnū(inquā)ſancte memorie liuriacēſem abbatē. Burganiū/Rolinū: innumerorū pene ad ſanctiorē vitā ſcenobiorū reſtitutores/Ioannem ſtanducium/ auſteritate vite(dum viueret)admodū auſtera ⁊ ꝑtinaci: et in omni ſanctimonia vite alios ꝙ̄plurimos. dū res (huius exequēdi ꝓpoſiti gratia)ad exitū premo/dū opus omne vehemētiꝰ vrgeo: incautū laborē morbꝰ ſeq̄ṫ. hūc: grauis dormiēdi neceſſitas(in qua tollēda Anſelmus Bertolus/⁊ Coppius medici perq̄ egregij atq̄ inſignes pluſq̄ paternū michi exhibuerūt affectū)hanc deniq̄ inſomnolētiā: faſtidioſa q̄dā ſecuta eſt debilitas/ꝑ annos aliquot durās. ſicq̄ effectū eſt vt quē maxime fugere volebā: me hac neceſſitate(q̄ nulli religioni conueniebat)quaſi q̄buſdā pedicis implicitū/mūdus retinuerit. Quapropter ad priores artes reuolutꝰ ad emerēdas ſanctorū virorū preces/cū id in ſolitudine nō poſſim: libenter emiſſioni librorꝫ(q̄ ad pietatē formāt alios)operā do/⁊ hac quoq̄ de cauſa his diebꝰ emiſi primū volumē cōtemplationū Remundi/q̄ merito inter pios dei cultores vnꝰ annumerādus eſt/qui liber me hūc in modum ⁊ alios cōplures affecerat. vt ſic ex vno multiplicatꝰ: ad plurimos trāſeat ⁊ ad te ī primis: q̄ nouella es et adhuc tenera religionis plātatio. ad ſiluoſam Giberti heremite amici noſtri ſolitudinē. ⁊ in Eluetia ad confratres tuos Barnabā abbatē in mōte angelorū. ⁊ ad Iudocū religioſum ꝑmo adhuc tyrocinio in ſcenobio ſancti galli militantē. ad Nicolaum morauū in pānonia: ⁊ ī polonia ad Joannē ſolidū Cracouiēſem religioſi ꝓpoſiti adoleſcētē ⁊ nobis q̄dē ꝙ̄ chariſſimum. Charitas enī neq̄ inter Eluetios neq̄ īter ſcithas(etiā ſi ripheos algores addas)refrigeſcit. Et ꝙ ad te potiꝰ ſcripſerī: cauſa hec eſt. q̄a apud ſancte conuerſationis veſtre pariſiacā domū/ſecūdū cōtēplationis volumē habeṫ tres reliq̄s libros cōtinēs/ex dono eiuſdē pij viri/ dū adhuc ageret ī humanis. colebat enī apprime celibes illiꝰ tēpeſtatis viros ſacroſq̄ receſſus/⁊ frequētiſſime cartuſiorū ſolitudines. primū autē volumē vobis deerat. ſic apud vos(q̄bus cōtēplatiua vita ꝓpria eſt)inuenīēt q̄ deſiderabūt ītegrum ꝯtēplationū opus. Clauſi quaſi ſigillo quodā amatorio cōtēplationū volumē libello blaquerne de amore diuino: quē in peregrinatione iubilei anno quīgēteſimo ſupra milleſimū dei humanati ſalutiſq̄ hominū/exſcripſi pataui. cōmunicauerat enī michi vnꝰ ex illa ſancta ⁊ admirabili ꝑ vniuerſam italiā/monaſtice obſeruationis ꝯgregatione iuſtine ꝟginis/a Proſdocimo apoſtolorū diſcipulo deo dicate: rē ꝑfecto dignā verſari īter manꝰ piorū religioſorū. cōtemplatio enī nō ab re a timore inchoari diciṫ ⁊ cōſūmari in amore. nā timor a malis ſeparat: ⁊ amor bono counit. timor auerſus et amor conuerſus. timor friget: ⁊ amor calet/ trahitq̄ ad ſublimia mētes/⁊ vnū cū deo efficit. preterea tu ⁊ ſancte ꝯuerſationis vr̄e cōfratres: ad deū cōmēdatos habetote Clichtoneū/Volgatiū/Lagrenū/Rhenanū tōſorē/ ⁊ regnoldū angliū: q̄ in ꝑte librū recognouerūt. qđ vero ſupeſt: hec ſancti cōfeſſoris Colūbani p̄cepta/nō recole modo ſed ſemꝑ ſeq̄re/vt iā ꝓbe cepiſti: q̄ ita ſcribit ad amicum.

Deſpice que pereunt: fugitiue gaudia vite.
Sint tibi diuitie/diuine dogmata legis:
Sanctorumq̄ patrum caſte moderamina vite.
Has cape diuitias: tuq̄ omnia ſperne caduca.
Quiſquis amat Chriſtum/ſequitur veſtigia Chriſti:
Atq̄ domum luctus/epulis preponit opimis.

¶Vale ⁊ exulta in eo qui venit ⁊ qui veniet ſalus ⁊ reſtauratio omnium. Pariſiis. Ex clauſtro diue MARIE. Calendis Nouembris. M.CCCCC.v.

**¶ Deus pater et dñe cuius eſſentia in trinitate conſiſtit:⁊ trinitas in vnitate eſſentie. ego confiſus ex infuſione tue bñdictionis ⁊ gratie tui auxilii:incipio iſtū librū qui vocat̃ liber contēplatio-nis que fit in deo. Incipit ꝓlogus.**

# Dimme de

us qui es verus deus et ve-rus homo: ſicut tu es in du-plici natura deus et homo: ſic ego incipio iſtum librum ſub tua tamē ꝯfidentia dua bus intētiōibus. ¶ Quarū prima eſt:vt omnis laus ⁊ omnis reuerētia tibi at-tribuatur. Secūda eſt vt omne bonū quod huma-no generi ꝓuenit/cognoſcat̃ ex tua ꝓuidētia ꝓue-niſſe. Unde dñe humiliter oro tuam clementiā: ꝙ tu infundas michi tuā grām ⁊ iuuamē:vt ego in to to iſto opere nequeā tractare niſi tm̄ ex iſtis duab⁹ intētionibus pͥcipaliter. ¶ Dñe ieſu chriſte ſicut tuū corpus humanū fuit quinq₃ vulneribus perfora tum:ſic ego diuido iſtud opus ſpecialiter in q̄nq₃ li bros. ¶ Et ſicut tu dñe ieſu ieiunaſti in deſerto.xl. diebus:ſic ego diuido iſtos q̄nq₃ libros in.xl.diſti-ctiones. ¶ Et ſicut dñe deus in anno ſunt trecenti ⁊ ſexagintaquinq₃ dies:ſic ego diuido ꝑdictas qua dragīta diſtinctōes in.CCC.lxv.capita ¶ Et ſicut predicti.CCC.lx.⁊ quinq₃ dies faciūt annū cōple-tū additis ſex horis q̄ in capite quarti anni efficiūt vnū diem cōpletū: ſic ego ſuꝑ predicta .CCC.lxv. capita volo addere vnū caput.quod diuidit̃ in qua tuor ꝑtes. ¶ Et ſicut tu dñe deus tribuiſti decē mā-data moyſi in monte ſinay:ſic ego volo diuidere q̄ꝺ libet caput in decem partes. ¶ Et ſicut tu domine deus es vnus in trinitate ꝑſonarū: ſic ego diuido vnitatē cuiuſlibet capitis ī tres ꝑtes. ¶ Et ſicut tu domine ieſu xp̄e fuiſti vēditus ⁊ traditus iudeis tri gīta denariis:ſic ego diuido quodlibet caput in tri ginta ꝑtes. ¶ Et ſicut tu dñe deus creaſti nouē or-dines angelorū:ſic ego attribuo ꝑmo libro nouē di ſtinctiones. ¶ Et ſicut tu dñe deus cū duodeci apo ſtolis facis numerū tertiūdecimū: ſic ego attribuo cundo libro trideci diſtinctōnes. ¶ Et ſicut tu dñe deus appropriaſti homini decē ſenſus:ſc₃ quinq₃ cor porales ⁊ quinq₃ ſpūales.ſic ego attribuo tertio li-bro decē diſtinctiōes. ¶ Et ſicut tu dñe deus poſui ſti hominē inter ſex terminos qui ſunt ante et retro ſurſum:⁊ infra:dextrorſum:⁊ ſiniſtrorſum.ſic ego at tribuo quarto libro ſex diſtictiōes. ¶ Et ſicut tu do mine deus dediſti homini duas intētiones ſc₃ pri-mā ⁊ ſecundā:ſic ego attribuo quinto libro duas di ſtinctiones. ¶ Et ſicut tu dñe deus in tribus perſo nis es tm̄ vnus deus:ſic ego facio iſtos q̄nq₃ libros ſub vno tm̄ nomine cōtineri.q̄ꝺ ſicut ſuperius eſt ꝑ miſſum:ſc₃ liber contēplatiōis que fit in deo. ¶ Et ſicut mens mea morata eſt hactenus in valle huius ſeculi tenebroſa:ſic ego volo nūc eam de tenebris ⁊ huius mundi miſeria eleuare.et cupio illā totaliter ad te deus meus erigere.vt imbutus tue gratie lar-gitate valeam in te ſemꝑ decetero contēplari. ¶ Et ſicut tu dñe deus es cauſa ⁊ ꝑfectio totius boni: ſic ego confido de benignitate tue gratie:ꝙ tu huius operis ſis ꝑfectio ⁊ finis. ¶ Et ſicut ſeruus qui eſt dño ſuo culpabilis et vult ab eo cōſequi veniam:ei ſupplex ⁊ humilis ꝓcumbit.ſic ego te humiliter pre cor ⁊ deuote /quatinus tu michi ſis in hoc opere ⁊ ī omnibus aliis factis meis auxiliū et refugiū ſingu lare. ¶ Quia ſicut tu dñe deus per tuam ſanctā cru cem totum mundū recreaſti:ſic ego ſpero in te/ꝙ tu taliter michi ſubuenias tuā michi grām infundēdo ꝙ ego valeam ad felicem exitū deducere iſtō opus. ex quo oneratus opprimor vltra modū. ¶ Et ſicut totum initiū homīs feruidiſſimi in amore:voluitur in gaudium leticiā ⁊ amorē ⁊ tūc incipit eſſe audax: ſic ego incipio iſtud opus cū maximo gaudio et cū animi audacia:motus amore intrinſeco quē habeo erga te dñm ieſum chriſtū. Quare te dñe humiliter precor ⁊ intente/vt tu totū iſtud opus impleas gau dio ⁊ amore. Quia ſicut nauita qui eſt ductus ī me dium pelagi vi ventorū ⁊ diſtat ex qualibet parte a portu ſalutari/habet ſuam totā ſpem ꝙ exeat a pe-lago ventorū ſecundorū flatibus: ſic ego ſpero in te dñe ieſu chriſte ꝙ tu me extrahas ⁊ me exoneres ex onere huius operis.quod nequeo vllaten⁹ niſi me-diante tua gratia ducere ad effectū. et hoc credo fi-ducialit̃ obtinere rōne amoris ⁊ gaudij maximi q̄ꝺ habeo in te deus ¶ Et ſicut malus deſideriū q₃ eſt in hoīe valde onerato eſt ꝙ poſſit exonerari ex one re quo onerat̃ :ſic ego magis deſidero q̄₃ aliq̄d aliꝺ quo ad ꝑſens: ꝙ ſarcinā huius operis cōplere(q̄ꝺ valde me onerat)poſſim.et tamē tua grā taliter at-tributa ꝙ effectū feliciſſimū ꝯſequat̃. ¶ Et ſicut hō qui ſe exponit fortune vt id quod multū deſiderat cōſequatur:ſic ego expono me fortune/confidēs in tua gratia in tractatu huius opis ⁊ ingreſſu. ¶ Et ſicut homo qui eleuat ſarcinā valde pōderoſam po nit totas vires ſuas ad ſarcinā eleuandā: ſic ego co nor ⁊ pono totas vires meas in dictamine huius li bri ¶ Et ſicut integri quatuor pedes ſunt neceſſarij lepori canem velocē pedibus/fugiēti:ſic michi ſunt neceſſarie penitus vires mee in huius opis cōple-mento. ¶ Sed ſicut ego nō potui venire in eſſe cau

ſa mei ipſius nec viriũ mearum: ſic ego non poſſum iſtud opus ducere ad effectũ cã mei ipſius ſed ꝓpter tuam grãm michi datam. ¶ Unde cum oĩs alie vires preť tuas dñe ieſu xp̃e ſint fragiles et inanes ad ſarcinã huius opis deferendam: hũiliter te oro / ꝙ tu me fortifices tuis viribus quibus mediãtibus tam graue onus ſuſtinere valeã et deferre. Poſtq̃ʒ compleui prologum huius libri oʒ nccĩo me tractare per ordinẽ de qualibet diſtinctiõe ꝑ ſe: prout ꝑ ſua capita eſt diſtincta. ¶ Sicut tu dñe deus es nr̃a lux ⁊ refulſio ſingularis in noſtri opis principio / in medio ⁊ in fine: ſic ego ſpero ⁊ cõfido ĩ te ꝙ eiuſdẽ ſis ꝑfectio et cõplemẽtum. ¶ Unde dñe quia ego ſum tã vilis ſtatus nature / ⁊ tam fragilis intellectus: idcirco me indignũ cenſeo nomẽ actoris hu⁹ opis michi aſcribi. ſed ſi qua forte ĩ ip̃o ſunt min⁹ bñ facta illa attribuo michi ipſi / ſed quicquid boni eſt in eo totum attribuo tibi deus.

¶ Incipit pr̃ia diſtĩctio leticie / q̃liť vnuſq̃ſq̃ʒ debet gaudere / ⁊ recipere in ſe maximũ gaudiũ ꝓpter hoc quia deus eſt.

DEus pater omp̃s ſi quis recipit ĩ ſe maximũ gaudiũ / et letatur quando inuenit aliquẽ lapidẽ p̃cioſum ⁊ videt illum pulcherrimũ et nitẽtem et maxime quãdo ſcit illũ hr̃e ꝓprietates aliquas virtuoſas: ſine cõparatiõe aliqua multo meli⁹ eẽt conſonũ ratiõi ꝙ totũ hũanum genus inceſſabiliter letareť in excellẽtiſſimo eſſe tuo / qđ ſcitur adeo / et cõſtat pro firmo eſſe / ꝙ etiã nũq̃ʒ poteſt venire in ꝑuatiõnẽ eẽndi. quia nõ eſt mirabile ſi ille letatur ex inuẽtione rei infinite q̃ eſt letus ⁊ hilaris pro inuẽtione rei finite. ¶ Si quis dñe de⁹ ꝓ inuẽtione alicui⁹ theſauri tranſitorii recipit in ſe maximũ gaudiũ ⁊ applauſum / licet ſibi cõſtet ꝙ ille theſaurus nõ poteſt ſibi vitam dare / nec ſibi vnũ momentũ vite ꝓlongare / nec defendere corpus ſuum ab infirmitatibus: q̃ʒto magis ille qui cogitat intra ſe / ⁊ diſcernit in corde ſuo ꝙ tu es ab eterno / ⁊ es ſolus ille qui das vitam ⁊ eſſe cunctis creatis / et qui potes vno momento cũcta delere / ⁊ potes cuſtodire corpus humanũ ⁊ quodlibet aliud ab oĩ infirmitate / et ab omi nocumento tenetur gaudere / ⁊ totis ſuis viribus exultare / ex inuentiõe tui eſſe excellentiſſimi pluſq̃ʒ ex inuentõe theſauri. ¶ Unde dñe q̃a omibus nobis cõſtat firmiter ꝙ tu es. idcirco valde debemus letari in tuo eſſe / q̃a ſine exiſtimatione aliqua maximũ bonũ ſequitur ꝙ tu es. ¶ Dñe deus / ſi pater q̃ repit natum ſuum in alienis finibus a terra ſua valde remotis vel frater frẽm quẽ diu non vidit eſt valde hilaris et iocundus propter illã inuentionem / et recipit ſecũ magnam conſolationem: nos q̃ ꝑuenim⁹ de nõ eſſe ĩ eſſe / ⁊ repim⁹ eſſe te dñe / ſine cõꝑatione aliqua debem⁹ magis gaudere / ⁊ tibi totamente exultare propter inuẽtionẽ tui eſſe excellentiſſimi. quia tu es dñs et creator oĩum habentiũ eſſe tam rationabiliũ q̃ʒ aĩalium / q̃ʒ etiã vegetabilium. ¶ Quia lʒ pater qui inuenit filiũ ſuũ in aliena ťra vel frať fratrẽ / ſciat illũ nõ hr̃e ptãtem dimittendi ſibi ſua crimĩa nec poſſe eũ a morte eruere / nec ſibi vitam ꝓlongare / nec eũ a gehẽne cruciamẽtis liberare: tñ ip̃e valde gaudet et eſt hilaris ex ſua inuentione. ergo quãto magis debemus nos ⁊ tenemur magis gaudere in te dñe deus: qui potes nobis dimittere delicta nr̃a: ⁊ nos ab omibus nocumentis defendere / et dare nobis gl̃iam ſempiternã. ¶ Unde dñe poſtq̃ʒ in nobis eſt tam vehemẽs cã ⁊ ratio gaudendi in tuo eſſe: ego quidẽ gaudebo ⁊ exultabo in te / prout mea poſſibilitas ſe extendet. Dñe de⁹ ſi cõplures homĩes gaudent ꝓpter feſta / et propter eorum ſolẽnitates / et adornant ſua hoſpitia / ⁊ ſeipſos pulcherrimis indumẽtis / ⁊ faciunt maxima ꝯuiuia ſuis amicis: oʒ nccĩo ſi recte volum⁹ ꝑ veritatis ſemitas ambulare / ꝙ nos gaudeam⁹ omẽs in te / q̃ es nr̃m feſtũ / et nr̃a requies ſingularis / ⁊ ꝙ ornem⁹ nr̃a corda et corpa opibus virtuoſis / mũdãtes ꝑus nr̃a corpa oĩbus ſordibus viciorũ / et recipiẽtes in nr̃is hoſpiciis pauperes nr̃os ꝓximos eis ꝑſas helemoſinas erogando. ¶ Item ſicut pr̃familias precipit vniuerſe familie ſue ꝙ nõ exerceant nec faciãt aliqđ opus manuale in diebus feſtiuis imo ceſſent a quolibet ope et colant ⁊ honorificent dies feſtos / qui ſunt eis dies quietis: ſic nos ⁊ multo meli⁹ ob honorẽ feſti adinuẽtionis eſſe tui dei debemus precipere oĩbus nr̃is mẽbris / ꝙ ip̃a feſtiuẽt ⁊ ſint in q̃ete / ita ꝙ nõ ſint occupata circa aliqđ aliud opus: niſi in cõtemplando te dñm deum noſtrũ. ¶ Feſtum iſtud qđ nos debemus facere ex inuẽtione eſſe diuini nõ debet eſſe tale ſicut alia feſta: quia omnes alii dies feſtiui colũtur in vno tp̃e: ⁊ nõ in alio. ſed iſtud tale feſtum ſemꝑ debet eſſe cõtinuũ ⁊ durabile. nec aliqđ temp⁹ p̃fixum ſeu aſſignatũ debet ip̃m cõprehẽdere. ¶ Dñe deus creator omniũ: ſicut oĩs creature oſtendunt in ſeip̃is ſignũ tue maxime bonitatis ⁊ tue excellẽtis nobilitatis: ſic q̃libʒ nr̃m deberet in ſe oſtẽdere apparẽtia ſigna ingentis leticie quã hẽret erga benignitatem tui eſſe. ¶ Sed ſicut creature non hñt ſufficientiã in ſeip̃is ad demonſtrandã in ſe totã tuã excellentem nobilitatẽ: nec totam tuam ingentẽ bonitatẽ: imo in ſeip̃is patiũtur maximũ defectũ demõſtrandi ⁊ manifeſtandi copiam tuarũ virtutũ: et hoc eſt q2 cã tuũ eſſe eſt: tã admirabile ⁊ nobile: ꝙ ip̃e nullaten⁹ ſufficerẽt ad mãifeſtãdũ ſolũ introitum tuaꝝ virtutũ. ſic nos nõ ſufficimus: imo patimur in nobis maximũ defectum ha

bendi illud gaudiũ et illam iocũditatẽ quã debere
mus habere in te/in hoc ꝙ tota mẽs nr̃a et tota no
ſtra ſollicitudo deberet exardeſcere in feruore tui a=
moris. ¶Tamẽ dñe deꝰ creature manifeſtãt ⁊ oſtẽ
dunt nobis melius tuã maximã bonitatẽ/⁊ tuã ex
cellentem nobilitatẽ/q̃ꝫ nos ſciamꝰ ꝑ earũ manife=
ſtationẽ gaudere in te. et hoc accidit nobis occaſio
ne magne fragilitatis/et ignorãtie: que eſt ĩ nobis
quia nos nõ cognoſcimꝰ id quod eſſet poſſibile hu
mane fragilitati cognoſcere. Quia oẽs homĩes na
turalit̃ deberẽt tm̃ gaudere in te dñe deus vt nullꝰ
ſcrupulꝰ ire aut triſticie poſſet cadere ĩ ipis. ¶Un=
de dñe humiliter oro tuam clemẽtiã quatinꝰ tu di=
gneris michi preſtare tantã grãm gaudẽdi in te vt
omnia foramia et oẽs pori mei corporis ſint clauſi
per quos ira vel triſticia poſſet ĩ me ſubire. ¶Item
dñe tibi ſupplico vt deuotꝰ vt tu taliter adaptas fo=
ramia et ianuas mei cordis ꝙ adimpleatur gaudio
et leticia/ que debet in nobis oĩbus eſſe/propter id
quia tu es. ¶Dñe deus virtutũ: ſi forte ſunt aliqui
qui velint gaudere in te/⁊ eſſe pleni gaudio ꝑfecto:
recurrant ad iuſtum ſeruiciũ tuũ/q̇a ipi inueniẽt ſe
ita repletos oĩ̄ gaudio ſicut fons viuꝰ aq̃ manãti
¶Si forte dñe aliqui venerint ad me a quibus ego
interroger vbi eſt ſummũ gaudiũ/in quo oĩ̄s ꝑfe
ctio gaudij recipitur: ego reſpõdebo protinꝰ ipis ꝙ
ipi inueniẽt illud ſi bñ voluerit ꝑmeditari in cordi=
bus ſuis vel hr̃e rectã intelligẽtiã/ꝙ tm̃ illd̃ eſt in te
et hoc eſt propter id/quia tu es. ¶Et ſi forte aliqui
venerit ad te et receperint in ſe illud ſummũ gaudiũ
ipi erunt adeo pleni predicto gaudio/ꝙ vix vllum
malũ poterit in eis recipi nec cadere in eorũ ſubie=
ctis. ¶Dñe deus quia nullũ cor humanũ pt̃ com=
prehẽdere bonitatẽ tui eſſe(q̇a infinita eſt)ideo im
poſſibile eſt ꝙ aliquis poſſit cõprehẽdere illud gau=
diũ qd̃ debet hr̃e in ſe/eo ꝙ tuũ eſſe eſt. ¶Item dñe
deus in me eſt tanta noticia infuſa a tua largiflua
bonitate/ꝙ ꝑcipio ⁊ cognoſco ꝙ nõ ſunt mẽtis ocu
li nec etiã corꝑales/qui ſufficiant ad cernendũ ſiue
ad cogitãdum tuã bonitatẽ: nec ſunt lingue alicuꝰ
idiomatis q̃ poſſint proferre tuas ꝟtutes/nec ſunt
aures capitum q̃ poſſint audire laudes pertinẽtes
ad tuã maximã bonitatẽ. ¶Et ſi forte dñe deꝰ ego
nõ recipio in me illud gaudiũ qd̃ ego debeo hr̃e cã
tui eſſe: ego mãifeſtabo aĩe mee/dicẽs ei. cõſtat tibi
pro certo poſtq̃ꝫ tu nõ gaudes nec exultas in boni=
tate et nobilitate tui creatoris: ꝙ pene perpetue ge=
hẽnales ſunt parate ad torquẽdũ te imperpetuum.
¶Domine deus tanta eſt tua excellens nobilitas/
et tua bonitas: ꝙ nullo modo totus mũdus poſſet
vnam tuarũ virtutũ ꝯprehẽdere. quare dñe oportet
ꝙ illud gaudiũ qd̃ nos habemus propter id quia
ſcimus ꝙ tu es: ſit adeo magnum ꝙ vix poſſit reci=
pi in noſtro corde. ¶Ergo domine deꝰ merito de=
bet tibi attribui oĩs glĩa et oĩ̄s laus ꝓpter id q̇a
tu augmẽtaſti in tm̃ iſtud gaudiũ ꝙ non poteſt cõ=
prehendi in corde nec in corpore alicuius hoĩs/nec
etiã in toto mundo. quia iſtud gaudiũ eſt maius q̃ꝫ
totus mundus. ¶Unde dñe ſanctificetur nomen
tuũ imꝑpetuũ: quia tu infudis iuſtis tãtam gratiã
vt ipi poſſint dicere cordi ſuo. o quãta btitudo felici
tatis tibi euenit in hoc ꝙ tu letaris in inuẽtiõe eſſe
tui creatoris: propt̃ qd̃ maximũ bonũ tibi accidit in
eo ipſo ꝙ ipm̃ eſt. ¶Item dñe deus omnis honor ⁊
reuerentia tibi exhibeat̃: quia tu dediſti ſeruis tuis
tantam gratiã/ꝙ tota mens eorũ ⁊ animus exultãt
et letantur pre gaudio tui eſſe quãdo ipi cogitãt in
corde ſuo bonũ qd̃ eis euenit cã tui eſſe/qd̃ nũq̃ꝫ ca
dit nec peruenit in ꝑuatiõnẽ. ¶Item dñe benedi
ctũ ſit nomen tuũ: q̇a ob gratiã quã iuſtis feciſti in
cognoſcẽdo tuo eſſe vbicũq̃ꝫ ipi ſint exiſtũt leti et hi
lares quecũq̃ꝫ actũ ipi exercent. ¶Et iſtd̃ tale gau=
dium qd̃ taliter eſt in iuſtis exiſtit in eis ꝓpter id: q̃
ipi ſunt toti in te per gratiã/ ⁊ tu es illud gaudium
¶Dñe deꝰ ſi quis cogitat recte magnũ bonũ ⁊ ma
gnam grãm que ei euenit cauſa tui eſſe: ipe debet co
gnoſcere ꝙ ei nõ ſufficiunt tpa recipiendi in ſe illud
gaudiũ: qd̃ ipe debet habere quia cognoſcit te eſſe.
¶Si forte dñe deus mee vite ſpaciũ eſt breue: hoc ẽ
ſumma paſſio et maius malũ qd̃ ego aliq̃ mõ poſ=
ſim perferre. ob id ſolũ ꝙ in tp̃e ꝑterito ego nõ ſenſi
in me exultationẽ gaudij qd̃ ego debebam in me ha
buiſſe cã tui eſſe. ¶Gloria et bñdictio tibi dñe imꝑ
petuũ tribuantur: ⁊ dignare ꝑ tuam piiſſimã miam
apire labia mea/vt valeam effundere actionem gra
tiarum et laudũ/tibi deo meo qui ſolus vere es.

¶Qualiter q̃libet homo debet gaudere pro
pter hoc quia ipſe eſt in eſſe.

DEus pater oĩ̄ps cui oẽs debent ſubi
ci creature. benedicatur nomẽ tuũ
in eternũ. Quia tu dediſti eſſe homi
nibus. ꝓpter qd̃ ipi debent multum
gaudere. nam ipi venerunt de nõ eſ=
ſe in eſſe. ergo poſtq̃ꝫ hũana ſpẽs cer
tificata eſt ꝙ venit de nõ eſſe in eſſe vehemẽter de=
bet gaudere cã ſui eſſe. q̇a etiã quīq̃ꝫ ſenſus corpora
les oſtẽdunt ſibi eſſe ſuũ in quo eſt. in hoc ꝙ nos vi
demꝰ oculis et audimꝰ mediãtibus auribꝰ. ⁊ odora
mꝰ naribꝰ/⁊ guſtamꝰ ore/⁊ ſentimꝰ tactu ⁊ in oĩbꝰ
mẽbris nr̃is. ¶Unde dñe deus quia nobis ſine ali
qua cõparatiõe eſt multo melius eſſe in eſſe: q̃ꝫ non
eſſe. ꝓpt̃ hoc neceſſario oportet ꝙ nos gaudeamꝰ
q̃ꝫplurimũ quia nos deuenimus de non eſſe in eſſe
¶Ergo dñe ſicut michi conſtat ꝓ certo ꝙ ego ſum
in eſſe. ⁊ video ⁊ cognoſco ꝙ eſſe meũ eſt ſine ꝑua
tione. ſic ego debeo intantum gaudere/ꝙ nulla tri
ſticia vel ira poſſit in me cadere aliq̃ mõ. ¶Dñe deꝰ

ſi homīes recipiūt in ſe maximū gaudiū et maximā
hilaritatē quādo ipſi vident arbores floridas ⁊ ple-
nas foliis ⁊ fructibꝰ/et quādo vident prata virētia
et alia loca amena. multo melius ſine cōpatione de-
bent eſſe hilares ⁊ iocūdi de ꝓpria eēntia eorūdem
in hoc ꝙ ipſi vidēt ⁊ cognoſcūt ꝙ ſunt in tā excellēti
et nobili eſſe ſicut eſt ꝑuenire de nō eſſe in eſſe. nam
multo melius debet quis gaudere de bono qđ ē in-
tra ſe. ⁊ qđ ineſt ſibi cā ſui ipſiꝰ: q̃ꝫ de illo qđ eſt extra
ſe et ineſt ei cā alterius ⁊ nō ſui. ¶ Unde dn̄e deus
ꝗa tanta occaſio gaudēdi ē nobis attributa nos de-
cet gaudere intm̄ vſqꝫ quo videaꝛ nobis ꝓpꝛ ingēs
gaudiū qđ ſit in nobis rōne eſſe nr̄i. ꝙ ſomniemꝰ/
vel ꝙ ſimꝰ in aliquo alio actu preter illū in quo ſu-
mus. ⁊ hoc accidet nobis/quādo intelligemꝰ veriſſi-
me maximū bonum qđ ineſt nobis ⁊ hoc ꝓpter hoc
quia ſumꝰ in eſſe. ¶ Et ꝓpter hoc dn̄e vnuſquiſqꝫ
teneꝛ tibi graꝝ reddere actiones/ꝗa tu ꝑ tuā miam
poſuiſti tātam noticiā i corde cuiuſlibet hoīs: ꝙ ip-
ſe ꝑcipit ſecū ꝙ debet valde gaudere rōne eſſe ſui ꝙ
eſt in eſſe. et ꝗa tu ꝓcul feciſti ab eo non eſſe. ¶ Dn̄e
deus ſicut homo ꝗ ſomniat ſe eſſe mortuū ⁊ quan-
do excitaꝛ a ſomno reꝑit ſe ſanū ⁊ incolumē/ē val-
de letus ⁊ hilaris: ſic dn̄e nos debemꝰ eſſe valde hila-
res ⁊ iocundi/quādo p̄meditati ſumꝰ tuū eſſe. et po-
ſtea nos itelligimꝰ ⁊ vidimꝰ ꝙ ſumꝰ in eſſe. ¶ Et ſi-
cut homo qui eſt valde ebrius a vino inflāmatur in
mēte ſua propter fortitudinē vini: ſic nos debemus
inflāmari maximo gaudio rōne maximi boni quod
nobis accidit ex nr̄o eſſe. ¶ Unde dn̄e tm̄ debet eſſe
gaudiū qđ eſt i me ex eo ꝗa ego ſum in eſſe ꝙ ꝗuis
locus in quo ego ſim debet michi eſſe locus gaudii
et leticie/⁊ oēs veſtes mee debēt michi eſſe habitus
gaudii ⁊ hilaritatis. ¶ Dn̄e deꝰ oꝑs quādo ego co-
gito penes me vero mō eēntias oīum rerum/et vi-
deo ⁊ cognoſco ꝙ nr̄m eſſe qđ eſt humanū ē celſius
et nobilius omibus aliis ꝗ tu creaſti: tunc ego ſum
ita hilaris ⁊ iocundus/ꝙ vix pōt in me recipi illud
gaudiū qđ mihi accidit cā mei eē: ex eo ꝗa ſū in eſſe.
¶ Pater immēſe deꝰ ꝗ cūcta ex nichilo creaſti nos
apte videmꝰ ꝙ bruta aīalia gaudēt inter ſe ⁊ letanꝛ.
nam nos videmus illa currere ⁊ ſaltare ⁊ inter ſe lu-
dere ⁊ videmus ꝙ aues letātur inter ſe in ſuis cāti-
bus et in volādo ꝑ aerem: ⁊ videmꝰ etiā piſces inꝛ
ſe ꝯgaudētes/natātes ꝑ equoꝛ ⁊ ludētes inter ſe. vn̄
ſi iſte tales creature irrōnabiles recipiūt in ſe gau-
diū ⁊ letātur/que ignorāt te/et bonitatē tuā totaliꝛ
q̃ꝫto magis debemꝰ nos gaudere quibus ineſt tam
nobile eſſe rōnale ꝓpter qđ nos habemꝰ noticiā tui
bn̄dicti eſſe. ¶ Unde oīs laus ⁊ glīa tribuaꝛ tibi do-
mine rector orbis qui ꝓpter exēplū ceterarū creatu-
rarum dediſti nobis exēplū ⁊ occaſionē gaudēdi: et
hoc rōne nr̄i eſſe/qđ eſt valde mirabile/ꝗa oēs alie
creature letanꝛ ⁊ gaudēt cā ſui eſſe. licet nō habeant
aliquo modo tantā cām nec tantā occaſionē gaudē-
di ſicut nos. ¶ Dn̄e deus non eſt mirabile ſi in illo
non eſt gaudiū nec leticia/in quo nullus amoꝛ exi-
ſtit. quia virtus amoꝛis eſt ita nobilis ⁊ habet tantā
dignitatē in ſe: ꝙ ſine illa nemo pōt eſſe hilaris neqꝫ
letus. ¶ Unde ꝓpter hoc tibi dn̄e innoteſcit: ꝙ tūc
quando ego non gaudebā cā tui eſſe: ꝙ nō erat mi-
rabile ſi ego nō erā letus cā mei eſſe. nā poſtq̃ꝫ ego
non gaudebam cā tui eſſe: nō erat dignū ꝙ ego gau-
derem cā mei eſſe. ¶ Sed ſi forte ego non eſſem mō
letus ⁊ hilaris ex eo quia tu ſuccendiſti me in amo-
rem tui eſſe/et mei. ⁊ ex eo qꝛ tu dediſti michi occaſio-
nē gaudēdi: mō eſſet valde mirādū de me qua de cā
ego non gauderē. ⁊ etiam ſimiliter mirādū eſt de me
et querendū quod poſſet eſſe illud qđ ꝓhibeat mihi
gaudiū. ¶ Dn̄e deus valde miroꝛ de meipſo quādo
recolo de tēpoꝛe p̄terito in quo ego nō cōſueui gau-
dere. quod erat illđ quod ꝓhibebat michi gaudere.
nā multū erat inconueniēs ꝙ ego ceſſarem gaude-
re: poſtq̃ꝫ tu dederas mihi tātā cām/⁊ tā efficacem
occaſionem gaudendi/que cā ⁊ que efficax occaſio
erat: quia tu dederas michi tam nobile eſſe. ¶ Qua-
re mō tibi dn̄e deus ſupplico deuota mente: ꝙ tu in-
fundas michi tantā gratiā/ꝙ dum mea vita fuerit
michi comes: ſemper viuam letus et hilaris/taliꝛ ꝙ
quēcunqꝫ actum ego exerceā: ſemꝑ circunder omni
gaudio. ¶ Item dn̄e deus oꝛo te ꝙ ſit tua benepla-
cita voluntas/ꝙ ſicut totum meum eſſe eſt in eſſe: ꝙ
ſic ſit totum incluſum in gaudio/⁊ ꝙ multiplex gau-
dium ſit in meo eſſe. ¶ Vere deus fons oīm virtu-
tum ego depꝛecoꝛ te ſuppliciter et deuote/ꝙ ſemper
qn̄ inimici mei vituperabūt me vel vilipendent vel
deridebunt: ꝙ tu des michi gratiā ⁊ paciētiā ꝙ ego
imaginer ꝙ eſt mihi meliꝰ et vtiliꝰ/ꝙ ego vituperer
vilipēder et deridear/et ꝙ ſim i eſſe: q̃ꝫ ꝙ nō vitupera-
rer ab aliq̄ nec vilipēderer nec deriderer/et ꝙ carerē
meo eſſe. quia ſi ego imaginoꝛ ⁊ cerno iſtud: veriſſi-
me ego inueniā ꝙ multo melius ſine aliqua cōpa-
ratione eſt michi ⁊ vtilius vituperari ⁊ vilipendi ab
inimicis meis/et ꝙ ſim in eſſe: q̃ꝫ ecōuerſo et ꝙ non
eēm in eſſe. ¶ Item oꝛo te domine deꝰ illuminatoꝛ
cordis et intellectus/ꝙ qn̄ continget forte accn̄tali-
ter ꝙ ego patiar magnā famē vel magnam ſitim vel
paupertatē vel doloꝛem vel quāuis penam coꝛpora-
lem: ꝙ tu des michi gratiam et veram illuminatio-
nē mētis. ita ꝙ ego valeā recte cogitare ꝙ eſt michi
melius et vtilius: vel ꝙ ego patiar in coꝛpoꝛe meo
quālibet paſſionem in hoc mundo/et ꝙ ſim in eſſe:
q̃ꝫ ꝙ non paterer et ꝙ nō eſſem in eſſe. nam ſi tu do-
mine deus preſtes michi veram illuminationē mē-
tis et intellectus: ratio et diſcretio oſtendent michi
ꝙ ſine aliqua cōparatiōe eſt melius michi ſuſtinere
quālibet penā vel quāuis afflictionē et ꝙ ſim in eſſe
q̃ꝫ non ſuſtinere ⁊ ꝙ non eſſem in eſſe. ¶ Unde dn̄e

deus ſi tu des michi talẽ gratiã ꝙ ſemꝑ quãdo ego ſum vituperatus vel deriſus vel afflictus diuerſis paſſionibus/ego cogitem in mẽte mea ꝙ multo melius eſt michi ſuſtinere qͦuis dedecus et quãuis paſſionem ⁊ ꝙ ſim ĩ eſſe:ꝗ̃ eſſet aliter ſi nõ eſſem in eẽ.ego habebo tũc occaſionem ⁊ cauſam ꝙ ſemꝑ ſim letus: licet patiar oĩa mala q̃ humanũ corpus poteſt pati.

¶Domine deus ſicut ego ſentio in corde meo gaudium et leticiam:ſic ſi voluntas mea poſſet deuenire in actũ/ego vellem ſaporem illius gaudij et illius leticie ſentire ꝑ vniuerſa membra mea:poſtꝗ̃ illa ſunt ita in eſſe quẽadmodũ et cor. ¶Domine deꝰ poſtꝗ̃ placuit tue benignitati ꝙ tãtũ gaudiũ ⁊ tãtã leticiã infuderis cordi meo:dignare ꝑ tuã pietatem extẽdere illud gaudiũ ꝑ vniuerſa membra mei corporis. taliter ꝙ oĩa ſint participãtia illo ſimul cũ corde. Nam poſtꝗ̃ mea membra ſunt in eſſe ita bene ſicut cor/ et cor eſt plenũ gaudio:cõueniens eſſet ꝙ oĩa alia mea mẽbra q̃ ſũt in eſſe/eſſent etiã plena gaudio. ¶Rex regũ deꝰ pater.oĩpotẽs tũc quãdo iuſtus recolit vitã ꝑpetuã q̃ eſt gloria ſine fine/et cõtemplat̃ ⁊ intelligit illam:tunc ipſe eſt plenus et perfuſus omni gaudio interius et exterius/et eſt dñe tunc ita plenus omni gaudio ꝙ equor nõ eſt ita plenũ aqua. ¶Quia ſicut bonus eques et audax q̃ eſt bene munitus et equitat in optimo equo/habet deſpectui ĩimicos ſuos ſi ſibi velint nocere adeo ſentit ſe bene paratũ:ſic iuſtꝰ ſentit ſe ita letum/ꝙ nõ timet ꝙ vlla ira nec vlla triſticia poſſit ad eũ accedere/nec nocere ei in aliquo. ¶Unde dñe tm̃ eſt gaudiũ qđ tu ĩfudiſti iuſto/ꝙ q̃uis alia fortitudo nõ eſt ſimilis ſue ſ̄m exiſtimationẽ ſuam.⁊ hec talis fortitudo eſt ei cauſa maximi gaudij qđ eſt in eo:qđ fortificat vires ſuas vt etiã ſolidiora metalla q̃ ſunt non ſint fortiora eo. ¶Nemo debet admirari ſi iuſtus ꝓfert iſtã iactantiã de ſeipſo/cũ dicit ꝙ ipſe eſt fortior ꝗ̃ fortiora metalla q̃ ſint:poſtꝗ̃ tu domine deus facis eũ eſſe letũ et hilarẽ cauſa tui eſſe et ſui:quia citius poſſent ꝯuerti fortiora metalla q̃ ſint in puluerem: ꝗ̃ homo qui gauderet in te/ in priuationem non eſſendi. ¶Quia poſſibile eſt tibi domine deus conuertere quodlibet elementorum vel etiam fortiſſimam rupem in puluerẽ: ſed ĩpoſſibile eſt tibi quo ad actum ꝙ iniuriareris gaudenti in te.

¶Unde domine deus / iuſtus.certificatus ex illuminatione tue gratie non attribuit iſtam iactationem gaudij et fortitudinis ſibiipſi:imo penitus attribuit illam tue benignitati/et refert tibi gratias q̇a ipſe cognoſcit penitus ꝙ totum iſtud bonum prouenit ei ſolum ex te/qui es ſuus creator et ſuus deus.

### ¶Qualiter q̇ſꝗ debet gaudere ꝓpter eſſe ſui proximi.

DEus creator omniũ viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ/ĩ quo eſt tota ſpes noſtre ſaluationis/in hoc ꝙ nos videmus noſtrũ ꝓximũ eſſe in eſſe ĩ hoc ſc̃lo: oportet ꝙ q̇libet noſtrũ gaudeat de eẽ ſui ꝓximi/ita ꝙ gaudeamus adinuicẽ.nam nos videmus ꝙ oẽs habemus ſimile eſſe ⁊ eiuſdem ſpeciei:quare ita debet quiſꝗ gaudere in eſſe ſui ꝓximi/ſicut in eẽ ſuiipſius. ¶Quia ſicut eſſe ꝓpriũ cuiuſlibet eſt ſibi cauſa et occaſio gaudendi: ſic eſſe ſui ꝓximi eſt ſibi ſilr̃ cauſa ⁊ occaſio gaudendi. ¶Et ſicut eſt ꝓpriũ probo homini ⁊ ỽtuoſo ꝙ ſemꝑ gaudeat ex bono qđ videt in ſeipſo: ſic debet ei eẽ ꝓpriũ ꝙ gaudeat ex bono ꝓximi ſui. ¶O glorioſe deꝰ imẽſe poteſtatis/ſi ego ſentirẽ in meipſo ꝙ tm̃ gauderem ex bono ꝓximi mei ſicut gaudeo ex bono mei ipſius: tũc ego cognoſcerẽ ꝙ ſum de numero illoꝝ q̇ receperũt ĩ ſe ſpecialẽ gratiã a te ⁊ benedictionẽ. ¶Et ſi forte dñe deꝰ/ꝓximꝰ meꝰ glorificat nomen tuũ melius me ⁊ ſepius / ⁊ ſeruit tibi:iudicium ratiõis eſt in me ꝙ tũc ego debeo plus gaudere ex ſuo eẽ ꝗ̃ ex meo:eo ipſo ꝙ maius bonũ ſeq̇t̃ ex ſuo eẽ ꝗ̃ ex meo. ¶Quare dñe ſi forte accidat ꝙ ego non gaudeã plus ex eſſe melioris homĩs ꝗ̃ ego ſim/ꝗ̃ ex meo eſſe: ego oro te ꝙ des michi gratiã/ꝙ ſaltem ego nõ habeã ĩ me minus gaudiũ ex eẽ ſuo ꝗ̃ ex meo. ¶Unicuiꝗ dñe deꝰ patet/ꝙ maximũ gaudiũ et maximã leticiã recipit ĩ ſe q̇libet:cũ poteſt habere in ꝯſortio eẽ ꝓximi ſui.et eſt valde horribile homini et occaſio triſticie/q̃ñ ipſe nõ poteſt eẽ particeps ſocietatis ⁊ ſolacij ſui ꝓximi ſibi ſil'is. ¶Unde cũ nos videamus m̃ltos homĩes eẽ in eẽ:oportet neceſſario ꝙ gaudeamꝰ in eis. nã eẽ illoꝝ eſt nobis valde vtile ⁊ maximũ bonũ ſequit̃ nobis q̇a ipi ſũt in eẽ. ¶Quare dñe deꝰ tuã clemẽtiam humilit̃ depcamur/ꝙ tu infũdas nobis gratiã ⁊ benedictõnẽ:vt nos recipiamꝰ ĩ nobis gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ hoc ꝓpt̃ eẽ nr̃i ꝓximi. ¶Quia ſi alij homĩes alios adiuuãt ĩ acq̇rẽdo bõa tp̃alia/ſe exponẽtes diuerſis ꝑiculis ⁊ laboribꝰ:multũ eſſet incõueniẽs ſi alij non gauderẽt ꝓpt̃ bona alioꝝ. ¶Et ſi forte ego nõ gaudeo ꝓpt̃ bonũ ꝓximi mei qđ eſt ĩ eo:ſaltẽ ego debeo gaudere ꝓpt̃ bonũ qđ michi ĩde accidit. ¶Attamẽ iſtud tale gaudiũ nõ eſt verax nec equũ nec eſt verus amor/ꝙ ego gaudeã ex bono ꝓximi mei/cauſa ⁊ vtilitate meiipſius tm̃:q̇a ego deberẽ gaudere cauſa ipſius. ¶O rex regũ dñe ⁊ magiſter vie ỽitatis/ꝗ̃ beatus eſt ille q̇ poteſt eẽ ĩ amore ⁊ cõſortio illoꝝ q̇ ſunt amatores ⁊ ſeruitores tui. ¶Unde cũ ego ſim ille q̃ hactenꝰ nõ dilexerim illos q̇ ſunt ſerui tui glorificantes nomẽ tuũ/nec habuerim cum eis aliquã familiaritatẽ:modo recognoſco ꝑ verã illuminationem tue benignitatis/ꝙ ego hactenus fui in ſocietate et ĩ familiaritate hominum vicioſorũ / et tua gloria indignoꝝ. ¶Dñe deus benedicatur nomẽ tuũ in eternũ:

quia tu dediſti michi tantā gratiā noticie ꝙ ego co=
gnoſco me eſſe obligatū non tm̄ ꝙ ego gaudeā pro=
pter eſſe iuſtorum:ſed etiam ꝙ ego teneoꝛ gaudere
ꝓpter eſſe peccatoꝝ.nā peccatores ſūt cauſa ⁊ occa=
ſio cognoſcendi tuā iuſticiā/⁊ recta iudicia de eiſdē
¶O glorioſe dn̄e cū ꝗlibet debeat eſſe hilaris atꝗ
letus ex eē homis iuſti:ergo quare aliꝗs eſt turbatꝰ
⁊ iratus ꝓpter eiꝰ obitū:⁊ quare amici eiꝰ ſe iduūt
veſtes lugubres:michi ꝓculdubio videtur ꝙ id ni
chil aliud ſit niſi ꝗdā inepta et praua ꝯſuetudo:ꝗ eſt
deducta i vſum ab homibꝰ valde ſecularibus/ꝗ ſūt
tm̄ intēti circa ſclaria. ¶Et iſta talis praua ⁊ abſur=
da ꝯſuetudo accidit quaſi oibus hominibus ſclaribꝰ:
eo ꝙ ignorāt dn̄e deꝰ tuā ſapiētiā qua tu creaſti ho=
minē iuſtū cauſa alterius ſcl'i ⁊ nō huius. ⁊ ipſi opi=
nant̄ ꝙ ipſe non ſit in eſſe/nec ſit creatus niſi propter
iſtud ſeculū.vnde illð qð eis videt̄ eſt falſiſſimū ⁊ cō=
trariū ratiōi.Et adhuc ꝓpt̄ hoc nemo deberet eē ira
tus ꝓpter mortē iuſti homis:ꝗa ſtatus vite ſue poſ=
ſet mutari de facili in oppoſitū ⁊ ſic poſſet cōtingere
ꝙ ſicut tūc quādo morit̄ ipſe morit̄ in bono ſtatu:ſic
poſſet mori in malo. ¶Itē adhuc regnat in nobis
alið inſante viciū:cū triſticia remouet ⁊ repellit nos
a gaudio qð habuimus ex eſſe amici noſtri/quando
ipe eſt defunctus.quia nichil debet reſiſtere in mēte
noſtra tue volūtati/ꝗ ꝓuidet recte oia ⁊ oia mala ꝗ ſe
quūt̄ ex vita hois. ¶Sācte imortalis deꝰ ꝗ oia ꝓui
des/poſtꝗ̃ ita eſt ꝙ homo contriſtat̄ ex morte amici
ſui/multum eſſet rationabile et dignū ꝙ homo ſine
aliqua ꝯpatiōe cōtriſtaret̄ magis in ſe quādo cogno
ſcit ꝙ ipſe amicꝰ deceſſit in pctō ſine ꝯfeſſiōe/⁊ ſine
memoria tue maxime miſericordie. ¶Quia tūc poſ
ſet cogitare ⁊ ꝑpēdere vnuſꝗſꝗ; vtēs rōne/ꝙ multo
fuiſſet ſibi melius ſine ꝯpatiōe ꝙ ipſe nō deueniſſet
in eē ꝗ̃ ꝙ deuenit:poſtꝗ̃ ipe deceſſit in pctō ſine cō=
feſſione/ꝓpter qð ipſe flagellabit̄ imꝑpetuū i penis
gehēnalibus. ¶Itē dn̄e deꝰ multū obligoꝛ tue mi=
ſericordie agere gratias inceſſanter: ꝗa tu infudiſti
in me tātā gratiā cognitiuā/qua cognoſco ꝙ qn̄ ꝗs
decedit in pctō mortali ſine ꝯfeſſione:ꝙ vnuſꝗſꝗ; de
bet plus gaudere de ſuo obitu ꝗ̃ cōtriſtari ſine ꝯpa
ratione:quia maximū bonū ſequit̄ de morte ſua: in
hoc ꝙ tu cōples in illo regulā vere iuſticie/reddēs ei
cūcta ſm̄ oꝑa ſua. ¶Dn̄e deꝰ cognitoꝛ ſecretoꝝ/cui
oia ſunt aꝑta:multum miroꝛ quomodo aliꝗs poteſt
gaudere de malo ⁊ iſortunio alicuiꝰ.ꝗa tāta eſt cau
ſa ⁊ occaſio quare ꝗlibet debet gaudere de bono ſui
ꝓximi:ꝙ nō deberet recipi in hoīe illud gaudiū nec
inuenire in eo locū qð eſt gaudere de malo ⁊ iſortu=
nio alterius. ¶Unde ego ꝗro qualiter poteſt fieri ꝙ
ita cito volūtas iſtoꝝ taliū gaudētiū de prauo ⁊ ma
lo ſui ꝓximi:deducat̄ ad habēdū gaudiū de infortu
nio ſui ꝓximi.⁊ quomodo tā cito abeſt eis cauſa et
occaſio quā deberēt habere in habendo gaudiū de

bono ꝓximi ſui.certe ego exiſtimo ꝙ opet̄ iſtud hu=
mana fragilitas:ꝗ eſt ꝓnioꝛ ad malū ꝗ̃ ad bonum.
¶Unde ꝓpt̄ hoc dn̄e deꝰ pie ⁊ miſericoꝛs/ tibi de=
uote ſupplicamꝰ: ꝙ tu auferas a nobis ⁊ remoueas
omnē occaſionē gaudēdi de malo ꝓximi nr̄i:⁊ quā=
libet aliā iordinationē.⁊ ꝙ ꝑpares nobis occaſionē
⁊ viā habēdi gaudiū oꝛdinatū ⁊ debitū. ¶Dn̄e deꝰ
ꝗ das gratiā pctōꝛibus recognoſcēdi delicta ſua / et
ꝯſeruas iuſtos i recta ꝑſeuerātia: te ꝓcoꝛ humiliter
ꝙ quādo ego video meū ꝓximū gaudere i te: ꝙ pla
ceat tibi vt id gaudiū qð ipe habet in te/ ꝑueniat in
me:⁊ vt illud qð ego habebo in te/ſil'iter ꝑueniat ad
ipm. ¶Itē dn̄e pie te ꝓcoꝛ ꝙ qn̄ ego videbo pctōꝛes
cecidiſſe in ignoꝛātiā/ita ꝙ nō cognoſcēt neꝗ; ꝑcipi
ent qð ratio deberet eis oſtēdere/ſcꝫ ꝙ ipi forte ceci=
derint i triſticiā ⁊ in irā/⁊ deberēt eē hilares atꝗ; leti
ex gr̄a eis facta:ꝙ tua pietas dignet̄ me eripere a tri
ſticia ⁊ ira/⁊ ab ignoꝛātia eoꝝdē/⁊ ꝙ ꝯſeruet me in
meo gaudio. ¶Quia tāta eſt fragilitas mee huma=
nitatis ⁊ alioꝝ:ꝙ ego timeo valde ꝙ ꝓpt̄ ſuggeſtus
diabolicos ipa requirat ſemꝑ eē illud qð eſt ſibi ꝓhi
bitū.quare oꝛo te piiſſime ꝙ tu des michi gratiā vt
ego nō valeā recipe in me ꝯtriū huiꝰ qð eſt cōueniēs
ſaluti:ſcilꝫ triſticiā/vel irā loco gaudij. ¶Dn̄e deus
preuiſoꝛ boni ⁊ mali/bene video ⁊ cognoſco ꝙ non
tm̄ dediſti michi cauſam ⁊ occaſionē vt ego ſim obli
gatus habēdi gaudij in meipo cauſa mei eē/⁊ cauſa
eſſe mei ꝓximi:ſed ſine aliqua ꝯpatōe ego ſum ma=
gis obligatꝰ vt letus ſim ⁊ hilaris cauſa tui eē . ⁊ ꝗſi
tota alia obligatio eſt vana ⁊ friuola : habito reſpe=
ctu ad obligationē qua obligoꝛ ⁊ teneoꝛ ampliꝰ (ceu
dixi) vt habeā gaudiū cauſa tui eſſe. Quia gaudiū
qð ꝗlibet habet i ſe cauſa tui/extēdit̄ ita ⁊ radicat̄ in
coꝛpoꝛe humano ⁊ in anima:ſicut vera fides ifundit̄
⁊ radicat̄ in coꝛpoꝛe ⁊ in aīa iuſti. ¶Saluatoꝛ mūdi
benedictū ſit nomē tuū glorioſū:ꝗ dediſti michi gra
tiā icipiēdi ⁊ ꝯtinuādi ⁊ finiēdi iſtā diſtinctōnē gau
dij ſiue leticie/ꝗ tota opto cedat ad tuū honoꝛē ⁊ ad
laudē tui nominis ſancte deus.

¶Incipit ſcða diſtinctio in qua tractat̄ de in=
finitate diuina/ꝗlit̄ deꝰ eſt ifinitꝰ i ſua eēntia.

DEus pater imēſe poteſtatis/cui tā ex
cellētis virtutis ⁊ tā mirabilis digni
tatis ineſt virtꝰ/ꝙ ſi eēt aliꝗd in rerū
natura qð poſſet ita eē velox ⁊ currere
ſicut fulgur de medio loco mūdi vſꝗ;
ad extremū firmamēti. ⁊ ꝙ etiā poſſꝫ
diſcurrere ꝑ oēs ſex terios ſcꝫ ante ⁊ retro/ſurſū ⁊ de=
orſū/dextroꝛſū ⁊ ſiniſtroꝛſū: nullo modo illð tm̄ po=
tuiſſet currere nec ita velocit̄ ꝙ aliꝗs partes tue ifini
tatis poſſet attigere nec ita ifinite ꝙ poſſet inuenire
finē aut terminū tibi ex parte tui benedicti eē. ¶Et
ꝓpt̄ hoc dn̄e deꝰ eſt valde mirabile tuū eſſe:ꝗa i in=
tellectu humano nō poteſt cadere modꝰ intelligēdi

nec percipiēdi ꝙ finitas ſit in te. ¶O admirabilis eſſentia diuina/ego nō miror ſi apparet intellectui humano te carere finitate: quādo ipe cogitat tuū intellectū/tuā poteſtatē/⁊ tuū eē ꝗ finitate nō ꝯprehēdūt quādo cogitat ꝙ et omnia alia creata ꝗ poſſunt cadere in ītellectu hūano: habeāt finitatē. ꝗa quāto intellectus humanus cogitat plus tuū eſſe: tanto plus ipſe hebetaꝛ ⁊ minus ꝑcipit ipſum in virtute ſua ītellectiua. ¶Quia tūc domine deꝰ infinite/ quādo ego cogito vel diſcerno tuam infinitatē: intellectus meꝰ adeo diminuitꝛ/ꝙ vix eſt in eo aliqua pars diſcretionis intellectiue. et hoc cōtingit ei ob id ꝙ ipſe eſt valde fragilis et debilis nature: quo ad intelligendum tuum excellentiſſimū eē qđ eſt infinitum. ¶Quādo ego dñe deꝰ cogito vero modo tuū mirabile eſſe: ego nō miror parum nec multum ſi nō poſſum attingere ad intelligēdum ipſum. quia ego non poſſum attingere ad comprehendēdum in intellectu meo paruitatem atomi: que eſt adeo modice quantitatis ꝙ nullo modo poteſt diminui. nam ſi intellectus meus nō eſt ſufficiens ad comprehendendum in ſe iſtud tale: qualiter poteſt eſſe ſufficiens ꝙ intelligat magnitudinem tue eſſentie? et maxime cum pars atomi ſit finita/et tua eſſentia ſit infinita. ¶Domine deus mirabilis eſſentie/poſtꝙ̃ intellectus meus eſt ita fragilis ꝙ deficit in intelligendo et in cogitando magnitudinem tue eſſentie: preſta michi gratiā per tuā pietatem ꝙ ego habeam tantū ardorem dilectionis in corde meo erga te/ꝙ intellectus meus deficiat ad intelligendum magnitudinem illius amoris. ¶Ergo domine deus poſtꝙ̃ tu es tam excellentis magnitudinis et tam mirabilis infinitatis: decens eſt/ꝙ nos cum omni deuotione mentis et cordis ſimus ſubmiſſi et obedientes tuis mandatis. ¶Et ſi nos (vt tenemur) honoramus et glorificamus tuū eſſe glorioſiſſimū infinitum/et ſeruamus tua ꝑcepta: tua recta ſtatera iuſticie (que reddit vnicuiqꝫ ſecūdū opera ſua) faciet nos imppetuū viuere in alio ſeculo/in gloria que eſt ſine fine. ¶Sed ꝓpter hoc domine quia ego tradidi te obliuioni et ſeruitia tibi debita/et non glorificaui nomē tuum prout tenebar/et dilexi quaſi ſemp res inutiles et nulliꝰ momēti: idcirco numeratus ſum in numero peccatoꝝ. qui ſunt adeo vilis cōditiōis/ꝙ nō ſunt digni vocari creature dei ſed dyaboli: ſi ſit fas dicere. quia ipſi omnino ſunt ſerui ſui: et reſiſtunt mādatis tuis/et faciunt quicquid fere faciūt cōtra illa. ¶Dñe deus a quo nullus locus occupaꝛ/ita ꝙ aliud eſſe nequeat ibi eſſe: adeo es nobilis et excellētis virtutis/ꝙ licet ſicut aliqua ſint in eē occupātia locū: ꝓpter hoc nō remanet quin tu ſis ī illo loco ſine occupatione illiꝰ. ⁊ ꝙ nō ſis infinitus: quia tu es vbiqꝫ ſine occupatiōe loci. ⁊ ſicut tu eras infinitus ātequꝫ aliqua creatura eſſet in eſſe: ſic ſimili modo tu es nūc infinitꝰ cū creature ſūt in eſſe. nā tu nō recipis plus nec minꝰ cauſa eſſe creaturarū. ¶Dñe deꝰ cui nichil eſt incognitū/ego cognoſco ⁊ video ꝙ maxima fragilitas et peſſima cōditio dominaꝛ mee debili humanitati. et tu ſcis hoc ipſum melius ꝙ̃ ego ſine aliqua cōparatione eſſe in meipſo: nā tibi conſtat omnis fragilitas/et omnis miſeria rerum ꝗ impediunt me hactenus ad ſeruiendum tibi: et ad glorificādum nomen tuū. ¶Quare domine omnis laus ⁊ reuerentia et omnis gloria tibi attribuatur/et tibi ſoli exhibeaꝛ. nā ōnis virtus ⁊ omne bonū debet tibi tm̄ attribui: ⁊ noſtro fragili eſſe humano debet attribui et aſcribi omnis vilis cōditio/⁊ omnis ignorātia/et omnis miſeria: quaſi vacuo virtutibꝰ/⁊ inopi bonitatis/⁊ pleno viciis. ¶Sancta diuina eſſentia ī qua ſunt tres ꝑſone ꝗ tm̄ ſunt vnꝰ deꝰ/poſtꝙ̃ tu es adeo excellētis virtutis ꝙ circūdas omnia extrema firmamēti: benedicaris tu et glorificeris ꝗa ꝑmiſiſti ꝙ ego viuam in libero arbitrio ſup terrā/⁊ ꝗa ꝑmiſiſti ſimiliter ꝙ ego obediuerim creaturis ꝗ ſunt valde vilis cōditionis/ꝗ habēt etiā finitatē. quia bene credo ꝙ tu ordinaueris iſtud: vt mea opera recipiāt ꝓmia ſibi debita. ¶Quare ſi poſthac poſtꝙ̃ ī me eſt noticia boni et mali/ego nō reuertar ad ſeruiendum corde ⁊ aīmo tibi deꝰ: ego ipe iudico me īdignū omni bono ⁊ cognoſco recte et merito ꝙ iuſtū eſt ⁊ equū ꝙ tu īperes terre ꝙ nō me debeat vltra ſuſtinere imo abſorbeat me viuum ſicut abſorbuit datan ⁊ abiron. ꝗa iuſtū eſt ꝙ tā nobile elemētū quale eſt terra: nō ſuſtineat creaturam rebellē ⁊ inobediētem tibi ſuo creatori. ¶Quia maximū dedecꝰ ⁊ opprobriū ſempiṫnū eſt terre: ꝙ aliqua creatura ſtet ſup eā ſuo īobediēs creatori. ¶O eṫne deꝰ ſine ꝑncipio ⁊ ſine fine/cū tu ſolꝰ ſis creator ōniū rerū creataꝝ/⁊ tu ſis cauſa ꝓpṫ quā oīa ſūt in eē: valde eēt ratiōabile ⁊ iuſtū ꝙ omnes eſſentie humane haberēt totā ſuā mētē ⁊ totā ſuā ītelligentiā in te/ita ꝙ oēs homines glorificarēt ⁊ exaltarēt tuū excellētiſſimū nomē taliter hoc ſeruātes ꝙ iſtō eſſet quolibet tēpe matutino ꝓma imaginatio ⁊ ꝓma cogitatio ī mētibꝰ eorūdē. ¶Sed cauſa fragilitatis hūani eē (qđ amplectiꝛ et exigit hoc qđ ſibi eſt ꝓhibitū ⁊ nociuū) ego ꝗ ſū humanꝰ cogito citius et imaginor ī ꝑncipio dici hoc qđ eſt corruptibile: ꝙ̃ te cui ꝗuis corruptio abeſt. ⁊ citiꝰ hoc qđ eſt viliſſimū ⁊ finitū: ꝙ̃ te ꝗ es nobiliꝰ eē qđ ſit/⁊ es ſine aliqua finitate. ¶Item dñe deꝰ maximū viciū cauſaꝛ ī me in hoc ꝙ ꝗlibet tpe veſptio quādo ego ingredior lectū tu nō es vltiā cogitatio ⁊ vltima imaginatio mētis mee. quare dñe dū cogito apud me hūc defectū: oro tuam clementiam ꝙ tu remoueas a mente mea omnes cogitationes que conſueuerunt in ea eſſe anteꝙ̃ memoria tue eſſentie benedicte illi occurreret: et ꝙ reponas in illa perpetuam memoriam reminiſcēdi

continue et cogitandi tuam gloriã que eſt ſine fine.
¶ Dñe deus tanta eſt virtus ⁊ excellẽtia tue bñdicte
eſſentie: ꝙ ſicut illa eſt infinita: ſic eſt infinita tua po
teſtas et tua ſapientia et omnes alie virtutes que
ſunt in te. tamen nõ intẽdo hic loqui de virtutibus
cardinalibus vel theologicis. ſed cũ ipſas nomino
virtutes (cum alio nomine eas ita ꝓprie nequeam
nominare) illas virtutes appello ꝓprietates pſo=
nales: vel pſone: vel appropriata. ¶ Nec eſt ita dñe
deus de te ſcdm aliquã ſimilitudinẽ ſicut eſt de regi
bus terrenis. quia ipſi ſunt finiti in ſuis qualitatibꝰ
⁊ ſuis ꝗtitatibus: et in eorũ dñio. at tu es infinitus
in omnibus tuis virtutibus: ⁊ quãtitas nõ cadit in
te niſi virtutis. ¶ Dñe deus in quo eſt infinitas vir
tutũ: poſtq̃ tua benedicta eſſentia eſt infinita: te hu
militer deprecor ꝙ tu infundas michi tuam gratiã:
ꝙ ego ad alia nõ cogitem nec habeã mentẽ meam:
niſi tm̃ in recolendo tuam excellentiſſimã eſſentiam
que eſt ſine fine. ¶ Deus mirabilis infinitate poſtq̃
tu es infinitus ita ꝙ es vbiq; totus: multũ ſunt infe=
lices ⁊ infortunati omnes illi qui ꝓpter ſuam culpã
te amittunt. quia poſtq̃ tu es vbiq; totus: vbiq; po
tes inueniri: dũ tamẽ habeas ꝗſitores qui te querãt
ſm ꝙ debes queri. quia vbiq; eſt tibi locus inuẽtio=
nis: ſi queraris via recta. Unde ego dñe deus ſum
vnus de illis infelicibus: qui dimiſi te hactenus ob
meam culpã. ⁊ cõſtat michi ꝙ tunc ꝑdidi te: quãdo
clauſi oculos mee mentis ⁊ cordis ad obliuiſcẽdum
ſine recordatiõe tuam benedictã eſſentiam infinitã.
¶ Quare ꝓpter hoc ego ipſe confiteor ꝙ ſum michi
ipſi cauſa et occaſio patiendi multiplex genus paſſi
onis. ⁊ video ⁊ cognoſco ꝙ dignus ſum puniri ad ta
lionem: vt libra iuſte ꝓ factis meis cõpleatur in me
¶ Dñe deus vera ꝯſolatio fideliũ: poſtq̃ tu es vbiq;
p̃ſens: ſic ꝙ nõ eſt aliquis locus qui careat tua p̃ſen
tia: placeat tue benignitati ꝙ det tantam gratiã vni
uerſe ſpeciei humane: ꝙ glorificet et exaltet tuũ be=
nedictũ nomen in ſempiternũ vbicũq; eſt habitatio
gentiũ. Quia ratio dictat vniuerſis hominibus ꝙ glo
rificẽt ⁊ laudent te vbiq;: poſtq̃ tua p̃ſentia eſt vbiq;
¶ O pater ingenite iuſtũ eſſet et conſonũ rationi ꝙ
ſicut aqua complet omnia loca ⁊ oĩa extrema alicu=
ius vaſis ipſa pleni: ſic tota terra ſit plena laude ⁊ cõ
memoratione et gloria tue eſſentie infinite. q̇a mul=
to melius ſine compatione deberet adimplere om=
nia loca terre cõmemoratio tue eſſentie infinite que
deberet eſſe in quolibet homine: q̃ aqua omnia lo=
ca vaſis: eo ꝙ aqua eſt finita in vaſe. ¶ Unde domi
ne deus res iſta ita ſeſe habet ⁊ nõ aliter ꝓpter excel
lentiã tue eſſentie infinite: quia aliq̇s humanus ĩtel
lectus nullo modo põt attingere ad intelligendum
quaſi aliquã ꝗtitatẽ tue benignitatis: nec ceterarũ
tuarum virtutũ. ꝓpterea quãq̃ in te eſt infinitũ: ta
mẽ ego non aſſero ꝙ ꝗtitas molis ſit in te. ſed dico
ꝙ cadit in noſtra imaginatione: cauſa humane fra=
gilitatis. Unde ꝓpter hoc oẽs quinq; ſenſus corpo
rales ſunt deficiẽtes ad apprehendendũ tuam beni
gnitatem laudem ⁊ gloriã que deberẽt tibi attribui:
quia vt predictũ eſt quicq̇d cadit in nobis eſt finitũ.
et q̇cquid eſt in te eſt infinitũ. ¶ Ergo dñe deus in
quo eſt omnis ꝑfectio virtutũ: dignare per tuam cle
mentiã ſupplere noſtros defectus eo modo ꝙ valea
mus ſurgere de cecitate humane fragilitatis: et ꝙ q̇
libet noſtrũ illuminet ex abundantia tue gratie. ita
ꝙ queuis creatura humana recognoſcat vero mo=
do te ſuũ creatorem ⁊ ſuum deum.

## ¶ Qualiter probatur ꝙ quilibet homo eſt finitus.

DEus infinite magnitudinis: laus et
gloria et honor in ſeculorũ ſecula ſit
tibi. quia tua magnitudo ẽ ita magni
ficata ⁊ mirabilis: ꝙ circuit ⁊ compre
hẽdit oĩa extrema mundi: et eſt vbiq;
¶ Unde cũ vniuerſa ſpẽs humana fi
niatur ⁊ terminet intra mundũ: ob id oẽs homines
ſunt finiti in ſuo eſſe ⁊ in ſuis opibus infra magni=
tudinẽ tue bñdicte eſſentie. Ergo dñe deus vera lux
fideliũ ⁊ eorum refugiũ ſingulare: poſtq̃ nos ſumꝰ
finiti in nobis: tuam clementiã humiliter depreca=
mur vt des nobis gratiã ꝙ tota intẽtio noſtra ⁊ vni
uerſa opera nr̃a ſint tantũ in feruore impendendi ti
bi omnẽ gloriam ⁊ honorẽ: et ꝙ fugiamus omnẽ va
nitatẽ huius ſeculi. ¶ Dñe deus qui ꝑ gratiam tue
benignitatis alleuias pctõres a delictis ſuis: poſtq̃
nos ſumus finiti et terminati intra certum terminũ
cui includimur: tanta virtus noticie eſt in me ꝙ co=
gnoſco ꝙ rõnabile eſt ⁊ decens ꝙ noſter intellectus
nõ debet tranſire poſt terminũ vbi tu finis illũ ⁊ ter=
minas niſi eleuet per fidem. Unde qñ intellectꝰ no
ſter vult egredi vltra terminũ ſibi a te prefinitũ: tunc
ipſe diminuit ⁊ debilitatur in virtute ſua: ex eo quia
nõ eſt de natura ſua ꝙ tranſeat terminũ ſibi prefixũ
Sed qñ intellectus noſter ⁊ ratio q̃ eſt in nobis vult
videre ⁊ ꝑquirere vero modo intra terminũ ſibi limi
tatum ea que debet: tunc noſter intellectus ⁊ rõ cre=
ſcit ⁊ multiplicatur in ſuis virtutibus. ¶ Dñe deus
cui nichil intimũ eſt occultũ: tibi cõſtat ꝙ noſtrũ eẽ
⁊ noſtre qualitates recipiũt in ſe augmentũ virtutũ
ꝓut benignitas tue volũtatis vult ꝓlongare ⁊ dila
tare terminũ intellectus cui includit. Quare domi=
ne te ſupplices deprecamur ꝙ digneris attribuere tale
ſpaciũ termini noſtro intellectui: ꝙ feruor ⁊ volũtas
deſiderij amoris valeãt adeo in cordibus noſtris au
gmẽtari: ꝙ ardeamꝰ amore tue bonitatis: ⁊ recogno

ſcamus ꝙ tibi ſoli debetur omnis gloꝛia ⁊ oīs laus.
¶Ergo dñe deus qui catholicos illuminas vera fi=
de/poſtq̄ eſt valde tibi facile ꝓlōgare ⁊ dilatare ter=
minū noſtri intellectus:concede nobis ꝑ tuā miſeri=
coꝛdiam ꝙ taliter illā amplies/ ꝙ noſter intellectus
non includat intra breuē terminū. ¶Dñe deus virtu
tū.ego nō miroꝛ ſi quinq̄ ſenſus coꝛpoꝛales terminā
tur ⁊ includūtur intra breuē terminū:ex eo ꝙ coꝛpus
dum bonū vel malū.⁊ ita cauſa ipſius potentie/ipſe
acquirit boni meritū/ſiue mali.¶ De⁹ qui humiles
corde dirigis/ſupbos autē deprimis ⁊ elatos:bene
dicta ſit tua ſanctiſſima ordinatio.q̄a intātum es ſa
piens/⁊ diſcretus in oībus:q̄ totū hoīem ordinaſti ⁊
direxiſti ad operandū bonū/⁊ ad euitandū malū.q̄a
vt homo haberet occaſionē mortificandi ſuā poten
tiam ſenſitiuā:voluiſti aſſumere carnē humanam ex
vtero beate virginis glorioſe.⁊ eſſe ꝓ humani gene
ris redēptione flagellatus/ſputo cōſperſus/mortu⁹/
et ſepultus.⁊ oīa iſta que tu fuiſti paſſus ꝓ redēptio
ne humani generis:ſunt homini cauſa ⁊ occaſio mor
tificandi ſeipm̄/i diligēdo te plus q̄ꝫ ſeipſum ⁊ quod
cunq; aliud.¶ Propter iſtā maximā occaſionē dili
gendi te ⁊ laudandi:quā tu dn̄e de⁹ hoībus prebuiſti
ſunt hodie q̄ꝫplurimi hoīes religioſi/honeſte et ſan
cte conuerſationis/q̄ recolentes tuā paſſionē ⁊ mor
tem/reliquerūt inanē gloriā huius mūdi mortifican
tes carnē ſuam ieiuniis/vigiliis/et multis aliis cor
poris afflictionibus.¶ Quare tanta eſt vis cōmemo
rationis gratiarū/quas tu pater de celis feciſti nobis
ad habendā eternā vitā:vt quādo aliq̄s vere cogitat
eas(licet potentia ſenſitiua habeat in hoīe maximā
vim et maximā poteſtatē)propter hoc nō oportet q̄
commemoratio gratiarū ( quas tu feciſti homini ad
ſalutem)nō vincat maliciā ⁊ iniquitatē/ que cadunt
in eo cauſa potentie ſenſitiue.¶ Humilis dn̄e et be
nigne.pctōres q̄ nō contēplantur/nec recolunt tuam
carnis aſſumptionē/tuā paſſionē/vel mortē/verū to
taliter ponūt intentionē ſuā ⁊ memoriā circa tempo
ralia:illi nō mortificāt potentiā ſenſitiuā/cū tua ſan
ctiſſima paſſione.Jmo tales diſcurrūt ꝑ itinera pec
catorū/prouenietiū a potentia ſenſitiua materiali: ſi
cut aqua decurrit ſemꝑ inferius ꝓpter ſuā pōderoſi
tatem.nā potentia ſenſitiua eſt eis cauſa peccaminis
cum nō ſit mortificata ꝑ memoriam tue mortis vel
per contemptū hui⁹ vite fragilis ⁊ fallacis.¶ Ple
naria laus attribuať tibi dn̄o ieſuchriſto.quia ſicut a
paſſionib⁹ quas tu pertuliſti in corpore tuo huma
no deriuatur et deſcendit omne bonū quod a te da
tur homini:ſic omne malum deriuatur ⁊ deſcendit a
potentia ſenſitiua que eſt in hoīe tanq̄ꝫ ianua ꝑ quā
intrat peccatū ad hoīem accidētaliter : niſi prius fue
rit mortificata ꝑ ea que ſupra dixim⁹.¶ Unde ve mi
chi pctōri/q̄ penitus adhereo potētie ſenſitiue : et nō
compeſco eā vel mortifico memoratione tue lauda
bilis paſſionis.quia ego palā cōfiteor me eſſe fatuū
et rudem /longiori enī tempore dilexi plus meipſum
q̄ꝫ te/de qua trāſgreſſione ſum q̄ꝫplurimū puniēdus
¶ Sed ego modo recognoſco per tuā gratiā culpā
meam volens facere penitentiā de tranſactis.quare
te deuote et ſupplicit̄ precor vt decetero digneris me
conſeruare in tua gratia:taliter vt ſemꝑ habeā in me
moria q̄ plus te deū debeā diligere: q̄ꝫ meipſum. et
ſi ita fecero:mortificabo in meo corpore potentiam
ſenſitiuā.¶ Qꝛ ſit naturale in oībus hoībus plus ad
herere potētie ſenſitiue exteriori: q̄ꝫ imaginatiue vel
rationali:hoc ꝓuenit eis vt predixi:quia eā nō mor
tificant per memorationē tue paſſionis/vel per com
temptum bonorū tēporaliū:q̄ de facili a ſapiēte quo
libet contemnūtur ſi cogitet q̄ valde impediūt quē
libet cupientē contemplari tuā gloriā ſempiternam
quā ꝑ miſericordiā tuā deus largiri digneris nobis.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine
potentiam imaginatiuam.

D Eus qui es renatorū fideliū vera ſa
lus/virtus/⁊ poteſtas cognoſcať de
bere attribui tibi ſoli:q̄ dediſti homi
ni potentiā imaginatiuā : vt recipiat
ſenſibilia a potētia ſenſitiua.quia ho
mo(mediante potētia imaginatiua)
imaginatur ſenſibilia : in hoc q̄ imaginatur per illā
formas/colores/q̄litates/⁊ etiā quantitates.¶ Tu
enim dn̄e ordinaſti taliter humanū corp⁹: q̄ quicq̄d
potentia imaginatiua recipit a potētia ſenſitiua/to
tum tribuit ⁊ repreſentat potētie ratiōali:vt rationa
lis eligat illud qđ ſibi bonū fuerit ac vtile:⁊ euitet il
lud qđ ſibi eſſet inutile atq; damnoſum.¶ Dn̄e de⁹
propter maximā ⁊ mirabilē ordinationē quam tu po
ſuiſti in potētiis aīe:trāfferunť hoīes de ſenſualibus
ad intelligendū intellectualia.q̄a ratione imagina
tionis quā homo ſumit a creaturis/itelligit ⁊ ꝑcipit
ratio hoīs veritatē creaturarū:⁊ affirmat res ī ſuo eē
q̄ ſic ſunt/vel nō.⁊ ſcit etiā de rebus q̄les ſunt/⁊ qua
re ſunt ¶ Aptiſſime ordinator deus:tu ordinaſti per
tuam maximā ſapiētiam q̄ potētia imaginatiua ſit
quoddā mediū inter potētiā ſenſitiuā ⁊ rationalem
vt ea recipiat a potētia ſenſitiua ⁊ tribuat potētie ra
tionali.quare ſecūdū iſtā ordinationē/ſequiť q̄ potē
tia ſenſitiua ſit ſubiecta potētie imaginatiue/⁊ ima
ginatiua potētie rationali.¶ Quare ob id q̄ cōmu
nis ſenſus(q̄ deſcēdit a q̄nq; ſenſib⁹ corporalib⁹) eſt
occaſio ⁊ cauſa imaginatiue potētie vt ſemꝑ det rati
onali: accidit q̄ imaginatiua eſt media inter poten
tiam rationalem et ſenſitiuam et eſt ſubiecta rationa
li.¶ Un̄ bn̄dict⁹ ſis tu dn̄e de⁹: q̄ ordinaſti q̄ ī hoīe
ſit potētia imaginatiua:q̄a ꝓpter hoc q̄ homo viuit
ꝑ modicū tpīs:⁊ eſt mobilis de vno loco ad aliū:fuit

neceſſariũ potentiã imaginatiuã eſſe in hoīe / alias
non cognoſceret niſi preſentia. ¶ Singulare (deus)
refugiũ miſerorũ: benedicta ſit tua ſancta eſſentia. q̇a
ob hoc ꝙ dediſti imaginationẽ hoīb9 illi ſunt poten
tes reminiſci ⁊ cogitare p̄terita / ⁊ abſentia. nã ratiõe
imaginationis q̄ eſt ĩ hoīb9 affirmãt ipſi de formis
coloribus / q̄litatibus / ⁊ quãtitatib9 abſentiũ ⁊ p̄teri
toꝝ: q̄ oīa nõ potuiſſent ab eis reminiſci: niſi potẽtia
imaginatiua fuiſſet in eis ¶ Propter id ꝙ potentia
imaginatiua recipit cognitionis ſpeciẽ a ſenſualib9.
et preſentat illã potẽtie rationali: idcirco ipa potẽtia
rationalis affirmat tuã diuinã eſſentiã eſſe ⁊ eã eſſe
totaliter gratioſam / oīpotentẽ / miſericordẽ / ⁊ iuſtam
in omibus atq ꝑfectã. ¶ Mirabiliter honoraſti (pa
ter oīpotens de9) hoīes pre oībus aliis aīalibus. q̇a
in hoc ꝙ oīa alia aīalia deficiũt in potẽtia rationali:
non poſſunt imaginari tuã bonitatẽ vel tuã eſſentiã
benedictã. ¶ Deus q̇ pre ceteris virtutib9 / primo exi
gis in hominib9 verã fidem: tu per tuam ordinatiſſi
mam ſapientiã ordinaſti: ꝙ potẽtia imaginatiua nõ
poſſit attingere vel ſufficere ad intelligendũ aut per
cipiendũ vſq ad terminũ / ad quẽ attigit rationalis
potentia. et ꝓpter hanc virtutẽ (quã dediſti potentie
rationali) maiorẽ in intelligendo ⁊ ſciendo / q̄ imagi
natiue: hanc ob cauſam preterita ⁊ futura q̄ ſunt con
tra curſum nature: videntˀ magis ĩpoſſibilia (vt ima-
ginentur) ipſi potẽtie imaginatiue: q̄ potentie ratio
nali. ¶ Et totũ hoc accidit: quia imaginatiua poten
tia nõ poteſt ſufficere ad intelligendũ vbi ſufficit ra-
tionalis. nã rationalis intelligit poſt terminũ in quo
imaginatiua terminatˀ: imaginatiua enĩ nequit ima
ginari / niſi res que ſunt in eſſe ſecundũ curſum natu
ralem: ſed rationalis multo plus intelligit eo ꝙ ipſa
intelligit ⁊ percipit res que fiũt contra curſum natu
re. ¶ Quare in hoc ꝙ imaginatiua nichil capit / niſi
a quinq ſenſibus corporalibus: ipſa nichil nouit af
firmare niſi de ſenſualib9: ſed in hoc ꝙ rationalis ca
pit a ſenſualibus ⁊ intellectualib9 / ipſa poteſt intelli
gere ⁊ percipere res que fiunt cõtra natura lẽ curſum.
¶ Deus qui liberum arbitriũ vnicuiq porrigis: tibi
virtus ⁊ gloria ſine fine. quia q̄plures homines deci
piuntur a potẽtia ſenſitiua. q̇s enim poſſet exiſtima-
re numerũ illorũ / qui nullo modo valẽt credere ꝙ pa
nis cõſecrat9 ĩ altari a ſacerdote (prout decet) efficia
tur (ꝓpter efficaciã verborũ deſuper prolatorũ) verũ
corpus tui chriſti. ⁊ profecto ſi bene quis voluerit co
gitare / ipſe inueniet ꝙ nichil aliud decipit tales niſi
potentia ſenſitiua que nichil percipit contra curſum
nature. ¶ Quare ob hoc ꝙ hoīes non poſſunt vide-
re vel imaginari in hoſtia (q̄ ponitur in altari) carnẽ
vel ſanguinẽ ſecundũ quinq ſenſus corporales: ideo
efficiũtur increduli / illũ panẽ poſſe cõmutari in verũ
corpus tui chriſti, ꝓpter verborũ inſtrumẽtaliter effi-
caciã. ſed ipſi ab incredulitate huiuſmodi eripiantˀ:
ſi recte intuerentˀ illud mirabile per viſam potentie ra
tionalis / que affirmat ꝙ oīs hoſtia q̄ ponitur in alta
ri ſi recte a preſbitero fuerit cõſecrata / verũ corpus ef
ficitur tui chriſti: poſtq̄ dederis ipſis v̄bis (vt ad hoc
mirabile inſtrumẽta ſint) tantã efficaciã et virtutem.
¶ Dñe deus adoretur / glorificetˀ / ⁊ exaltetur nomen
tuum ſine fine. q̇a tu per tuã miſericordiã dignat9 es
dare gratiã ſolis catholicis: ꝙ ipſi nõ decipiantˀ (ſed
ſciant ſibi cauere a deceptione potẽtie imaginatiue)
ſicut decipiuntur heretici: ⁊ alij q̄plurimi infideles.
quia catholici credũt firmiter ꝙ tu qui es omipotẽs
poſſis facere q̇cq̇d velis: licet quinq ſenſus corpora
les nõ poſſint iſtud intelligere vel ꝑcipere ſecũdũ po
tentiã imaginatiuã in hoſtia panis qui ꝯſecratur in
altari a preſbitero per virtutẽ verborũ deſuper ꝓlato
rum. qđ minime credũt alij preter cultores fidei chri
ſtiane. Tibi patri ingenito honor et reuerẽtia ſit ſem
per: qui ordinaſti in humano corpore ꝙ potẽtia ima-
ginatiua preſentet ⁊ offerat ſenſibilia potentie ratio
nali: aliq̄n cũ oībus ſenſualitatib9 quinq ſenſuũ cor-
poraliũ: et aliquãdo cũ vno tãtũ ſenſu vel cũ duob9:
quia ſecũdũ ꝙ erũt ſenſualia in potẽtia imaginatiua
contingit ꝙ ipſa poterit ea repreſentare ſimul aut ſi-
gillatim potentie rationali. ¶ Quãdo enĩ accidit ꝙ
potẽtia imaginatiua offert / ac repreſentat accepta a
quinq ſenſib9 potẽtie rationali ſimul: hoc accidit: q̇a
homo preſentialiter habet viſum / auditũ / odoratum
guſtũ / ⁊ tactũ / de aliqua re corporali. ¶ Et quãdo ac
cidit ꝙ potẽtia imaginatiua nequit repreſentare ſeu
offerre ſimul oẽs quinq ſenſus corporales potẽtie ra-
tionali / ſed vna vice vnũ: deinde aliũ: hoc accidit: q̇a
ſenſualia ſunt in abſentia homini que habuit in ſua
preſentia. vnde benedictus ſis tu dñe de9. q̇a proptˀ
iſtam ordinationẽ q̄ fit inter preſentiã ⁊ abſentiã / cõ
tingit ꝙ homo imaginatˀ abſentia ratione preſenta-
tionis: quã ante habuit de reb9 preſentib9. ¶ Verax
dñe orbis rector: licet tu prebueris maximã v̄tutẽ et
poteſtatẽ potẽtie imaginatiue imaginãdo q̄ſi omĩa:
tamẽ nõ eſt ſufficiẽs vllo modo imaginari totã tuã
bonitatẽ / vel ceteras virtutes tuas / q̄ ſunt in tua be-
nedicta eſſentia. Imo deficit ad imaginandum oīa
bona: q̄ ſunt in te dñe de9 meus. q̇a quãdo ipſa vult
imaginari ⁊ cõprehendere totã tuã bonitatẽ que ne-
quit cõprehendi vel percipi intra terminũ / vbi imagi
natiua potentia terminatˀ: tunc virt9 ⁊ vis imaginati
ue debilitatur ⁊ minuitur in ſe ⁊ compellitur nõ trãſi
re vltra terminum intra quẽ terminatur. ¶ Et quã-
do potentia imaginatiua deficit ad imaginandum
totam tuam bonitatem: tunc potentia rationalis aſ-
ſurgit vltra imaginatiue terminos limitatos: et pro
cedit vltra q̄ potentia imaginatiua poſſit ſibi offer-
re vel etiam preſentare. attamen dñe de9 nõ tantum
vltra imaginationẽ ꝓcedit potẽtia rationalis: vt ei9
virtus poſſit peruenire ad ĩtelligẽdũ oīa bona q̄ ſunt

in te.quia quãuis ſine fine multiplicaretur eius vir=
tus/ad intelligendum tuã bonitatem: nunq̃ poſſet
puenire ad finem. imo vix aliquid de ea perciperet.
¶Domine deus qui ſecũdum intentionem ſui ani=
mi iudicas vnũquẽq3:ſicut potentia imaginatiua et
rationalis/deficiunt ad imaginandũ et pcipiendum
omnia bona que ſunt in te:ſic domine ambe deficiũt
ad imaginandũ/ſciendũ/et cognoſcendũ oĩa ma=
la q̃ ſunt in me fetidiſſimo peccatore. Quia tot ſunt
mea vicia ⁊ ſcelera ꝙ imaginatio nõ ſufficit ad ima=
ginandũ illa/nec intellectus ad intelligẽdũ. ¶Glo=
rioſiſſime deus/nulla imaginatio eſt q̃ tãtũ faciat ſa
pientem abhorrere peccatũ:ſicut imaginatio quam
habet de tua maxima bonitate/et de multitudine vi
cioꝝ ſuoꝝ.vnde cum talis imaginatio excitet citius
peccatores dormiẽtes i peccatis/q̃3 aliqua alia ima=
ginatio:te ſuppliciter oro vt talem imaginationẽ fa
cias ſemp in me vſq3 ad obitum habitare. ¶Si di=
gneris pater miſericors michi preſtare tantam gra=
tiam ſpecialẽ vt tota mea imaginatio ſit in imaginã
do predicta duo/ſcilicet tuam maximã bonitatẽ/et
mea ineffabilia crimina:tutus ero penitus a vanita
tum laqueis huius mundi. ¶Domine deus virtutũ
homines qui nõ imaginant̃ tuam ingentẽ bonitatẽ
neq3 ſuã miſeriã vel fragilitatẽ:iſ ſunt q̃ plus cupiũt
et affectant illa q̃ ſunt vilia et tranſitoria/q̃3 ea q̃ ſunt
nobilitate decorata atq3 eterna. et ꝓpterea efficiunt̃
peccatores/⁊ rudes vt bruta aĩalia/q̃a quilibet ratio
nalis debet predicta duo imaginari toto tꝑe vite ſue
¶Et ſepe contingit ꝙ peccatores cognoſcũt ſua cri
mina/et cupiũt ab illis eſſe exonerati: ſed ignorant
modum qualiter poſſint ab eis liberari. et hec igno=
rãtia ineſt eis ex eo ꝙ nolũt cõtemplari/diſcernendo
tuã maximã bonitatẽ/neq3 ſuã fragilitatẽ: ſicut ima
ginati ſunt longo tẽpore/fere oẽs modos peccandi.
¶Et ꝙ iſtud ſit verum/in me ſepius probaui. quia
frequenter accidit michi vt quãdo volo cõtemplari i
tua benedicta paſſione/vel in aliqua tuarũ virtutum
et in meo lapſu criminũ:valde cito tedet me talis co
gitationis.et hoc fit quia raro talẽ cogitationẽ ha=
bui in mente mea. ¶Fortiſſime dñe/ſuſtẽtaculũ pu
ſillanimiũ.tu ordinaſti vt quãdocũq3 potẽtia ſenſiti
ua exerceat actum ſuũ in homine:ſemp in eodẽ ſit in
actu ſimiliter potentia imaginatiua.quia ſemp quã
do ſenſitiua potẽtia exercet actũ ſuũ in homĩe: opor
tet de neceſſitate ꝙ ſimiliter ſit in actu homis/actus
potentie imaginatiue. ¶Et ꝓpter hoc ſeq̃tur ꝙ dũ
homo vigilat/vix poteſt eſſe ſine imaginatiõe alicu
ius rei:⁊ quãdo nõ dormit firmiter/ſimiliter quãdo
nec bene vigilat nec bene dormit.quia in hoc ꝙ ho=
mo nec pfecte vigilat nec pfecte dormit/vtit̃ potẽtia
ſenſitiua:et quãdo illa vtit̃ ⁊ actu ſuo/oportet ꝙ ſit in
eo imaginatiua actualiter q̃ imaginet̃ aliq̃d. ¶Un
de ob id ꝙ ſenſitiua ⁊ imaginatiua ſunt ſic ſimul in
homĩe in quocũq3 ſtatu ipe ſit:videtur quandoq3 ho
mini poſſibilia/impoſſibilia et ediuerſo. Unde iſta
inordinatio ꝓuenit homini a parte potentie ſenſiti=
ue:q̃ ſepe eſt inordinatũ ſubiectũ et impfectũ imagi
natiue potentie/ita ꝙ ipſa nequit pfecte imaginari q̃
vult.quia a ſenſitiua nõ perfecte ſentiũtur.vnde ꝙ ta
lis impfectio abſit potẽtie ſenſitiue: placeat tibi de⁹.

¶Qualiter deus ordinauit in homine potentiam rationalem.

Deus qui humiles corde dirigis circa
opera ſtudioſa:te oẽs metuant fines
terre.qui ordinaſti ꝙ ſicut potẽtia ſen
ſitiua habet quinq3 ſenſus corporales:
ſic ſimiliter rationalis potentia habe
at alios quinq3 ſenſus q̃ ſint ſpiritua=
les. ¶Quare ſicut placuit tibi ordinare ꝙ actus quẽ
habet ſenſitiua/ordinet̃ p quinq3 ſenſus corporales:
ſic ordinaſti vt actus potentie ratõnalis ordinetur p
quinq3 ſenſus ſpirituales. ¶Unde ſecũdũ iſtam or=
dinationẽ ſequitur ꝙ in potentia rationali ſit cogita
tio/pceptio/cõſcientia/ſubtilitas/et animoſitas: qui
ſunt q̃nq3 ſenſus ſpirituales:ſicut eſt in potentia ſen
ſitiua/auditus/viſus/odoratus/guſtus/et tactus: q̃
ſunt quinq3 ſenſus corporales. ¶Deus incompre=
henſibilis bonitatis:tibi maieſtas et virtus. q̃ nobili
taſti potentiã rationalẽ pre ceteris potentiis:ita ꝙ fa
cis eã aliis dominari.et cauſa quare rationalis cete=
ris dominat̃ eſt hec:q̃a ipſa dominat̃ et preeſt imagi
natiue/q̃ pdominat̃ ſenſitiue/⁊ ſenſitiua vegetatiue/⁊
rationalis dñat̃ motiue/in hoc ꝙ mouet eã ad actũ
quãdocũq3 vult. ¶Hoc dominiũ ⁊ hanc ꝓrogatiuã
habet rationalis potẽtia ſup ceteras. q̃a tu rationa=
biliter ordinaſti vt gradatim vna preſit alteri/et hec
ſit illius ſubiectũ que ipſi preeſt ac dñatur/et ita gra
datim cõputando rationalis preeſt omnib⁹. ¶Un
de ꝓpter hoc dominiũ/qđ rationalis potẽtia habet
ſup ceteras potẽtias anime:ſemp quãdocũq3 poten
tia rationalis diſcernit aliq̃d/pcipit potentie motiue
vt moueat ſe et deducat in actũ id qđ eſt in potentia:
⁊ tũc potẽtia motiua ꝓpter ſuſceptũ mandatũ a ra=
tionali mouet ſe ⁊ deducit in actũ hoc qđ erat in po=
tentia tm̃. ¶Deus q̃ p vnitatem fidei ad te populũ
vocas chriſtianũ:tu ordinaſti ꝙ potẽtia rationalis
ſit ſubiectũ in quo ſtet cõceptio/ſiue intelligentia q̃
fit de aliqua re concepta ſeu intellecta: tunc quan=
do res illa eſt in cõceptiõe ſiue in potẽtia intellectua
li.et ordinaſti etiã ꝙ potentia rationalis ſit ordina=
tũ ſubiectũ qua poſſit facere qđ eſt i potẽtia. ¶Qua
propter benedictus ſis tu pater miſericors. q̃ ordina
ſti ꝙ potentia rationalis colectet ⁊ diſcernat ſi q̃ppiã
eſt in eſſe aut nõ/et ſi inueniat ꝙ ſit in eſſe/ſcrutetur
et diſcernat cauſam quare ſic eſt in eſſe:et ſi forte res

non eſt in eſſe/querit et diſcernit cur non eſt in eē. ſed
poſito ꝙ inueniat rem in eſſe: tūc ipa diligēter et ſub=
tiliter inquirit q̄ ſit ⁊ qualis. ⁊ poſtq̄ oīa hec diſcuſ
ſerit: deducit ad actū illa/ q̄ tm̄ erant prius in potētia.
¶ Glorioſiſſime deus ob hāc ordinationē ꝑfatam/
accidit ꝙ prius cōſiſtant res in potentia intellectua=
li quādo ſunt in potētia: et poſtq̄ deuenerint ad actū
accidit ꝙ cōſiſtant in ſenſualibus/ q̄ ſentiūtur quinq̄
ſenſibꝰ corporalibꝰ. ¶ O ſingularis dn̄e: laus/ virtꝰ/
honor/ ⁊ gloria tibi ſoli imppetuū cognoſcat̄. tu eni
decoraſti et nobilitaſti rōnalē potētiā pre ceteris. ꝗ
in hoc ꝙ rationalis habet poſſe ⁊ virtutē plura intel
ligendi/ ꝑcipiendi/ et ſciendi/ q̄ imaginatiua ipi rep
ſentat ſeu offert: cōtingit rōnalem dn̄ari et preeſſe ce
teris potētijs. ¶ Unde ratione maioris poteſtatis ⁊
virtutis (quā poſuiſti in rationali potētia) q̄ in cete
ris potentijs/ ſunt homīes in nobiliori et mirabilio=
ri ſtatu / et diſpoſitione/ q̄ aliqua alia ſpecies anima
lis/ cū cetera animalia ꝑter hominē careant ratione.
¶ Unde in hoc ꝙ homines habēt rōnem et intelle=
ctum: ipi intelligūt ea q̄ rationabilia ſunt/ q̄ nullum
aliud animal poteſt intelligere nec ꝑcipere/ eo ꝙ oīa
alia animalia carēt potētia rationali. quapropter ho
mo dignior eſt ceteris creaturis: quia ſolū ipe ſcit di
ſcernere vtile ab inutili/ et bonū a malo. ¶ Deus qui
nullū bonū ſinis irremuneratū: benedicta ſint omīa
tua opera. quia tu dotaſti ⁊ nobilitaſti hominē ratio
nabili potentia/ pre alijs potentijs q̄ ſunt in eo: ſed
ego peccator nequiſſimus illā in me penitus defeda
ui (ſibi honorē minuēs) ⁊ dedecoraui. q̄a ſubdidi eā
alijs potētijs que plus diligūt ⁊ amplectūtur ſenſua
lia q̄ intellectualia. in hoc eni ꝙ potētia imaginati=
ua/ imaginatus ſum illa q̄ ſunt magis vicinia poten
tie ſenſitiue q̄ rationali (ſicut eſt edere ⁊ bibere ⁊ ce=
tera) accidit ꝙ eſt facta inordinatio potentiaꝝ in me:
et propter inordinationē potētiarū eſt rationalis po
tētia inordinata ⁊ depoſita ab honore ſuo/ in quo tu
eā cōſtitueras. Nam potētia rationalis die ⁊ nocte
cogitat qualiter poſſit cōgregare diuitias / ⁊ habere
huiꝰ ſeculi voluptates: et ideo efficit̄ ſerua potentie
ſenſitiue/ q̄ iſta mūdana et tranſitoria ſemꝑ cupit. vn
de ſicut potētia ratiōalis deberet preeſſe ſenſitiue/ ⁊
cogitare in eius virtutibꝰ/ et in celeſti gloria parady
ſi: ſic ipſa ſubeſt ſenſitiue/ et cogitat bona tēporalia
huiꝰ mūdi. ¶ O eterna et diuina eſſentia q̄ in vna ⁊
eadem ſubſtātia es trina in perſonis: tibi laus ⁊ glo
ria ſine fine. q̄ ordinaſti ꝙ ſicut fons eſt locus a quo
ꝓgreditur ⁊ pullulat aqua clara/ dulcis et nitida: ſic
ordinaſti ꝙ potētia rationalis ſit cauſa hominibus vt
efficiāt̄ poſſeſſores bonoꝝ celeſtiū: fruātur q̄ tua pre
ſentia glorioſa. ¶ Dn̄e deus ſicut potētia rōnalis or
dinat̄ ad omne bonū ⁊ vtilitatē hominū: ſic potentia
ſenſitiua eſt parata dare hominibus cauſam ⁊ occaſio
nē omniū maloꝝ. ⁊ (vt breuiter loquar) ſicut rationa
lis eſt cauſa ⁊ occaſio boni/ ſic ſenſitiua mali. ¶ Cau
ſa quare potētia ſenſitiua eſt mali occaſio eſt hec: q̄a
eſt cōtraria potentie rationali in natura. nā rationa=
lis diſcernit equitatē ⁊ iuſticiā: ſed potētia ſenſitiua
facit omnino ꝯtrariū: quia ipa diligit plus ſeipam q̄
aliquid aliud. ¶ Pater miſericors deus. tuū domi=
niū/ ⁊ excellentia tui noīs: vltra extrema ſeculi exten
dātur: quia tu ordinaſti taliter hominē in potētia ra
tionali/ ꝙ mediāte ipa homo intelligit/ diſcernit / et
ꝑcipit tuas maximas virtutes/ ſicut tuā omnipoten
tē poteſtatē/ ⁊ tuā ineffabilem bonitatē: ⁊ mediante
rationali ꝑcipit ⁊ intelligit difficilia q̄ ſine ipa ab ho
mine nūq̄ poſſent intelligi aut ꝑcipi. ¶ Itē dn̄e deꝰ
maximā gratiā ⁊ ſpecialiſſimā feciſti hūane ſpeciei:
quādo appropriaſti eidē potētiā ratiōalē: q̄a mediā
te ipa cognoſcit ea q̄ ſunt diligēda/ honorāda/ ⁊ am
plectenda/ ⁊ ea q̄ ſunt cōtemnēda ⁊ tradēda obliuio
ni: ⁊ mediāte etiā ea homo ꝑcipit ⁊ ſcit ꝓpter q̄ quis
debeat remunerari/ ⁊ ꝓpter que nichilominus eſt in
hoc ſeculo vel alio puniendus. ¶ Salutis humane
amator deꝰ. tam chara eſt tibi rationalis potētia: ꝙ
tu oſtēdiſti toti humano generi/ illā ab vnoquoq̄ eē
ꝓ ſuis viribus amplectendā: quia vt tu redimeres a
peccato primi parentis/ illā ſpeciē humanā quā ra=
tionali potētia decoraſti: voluiſti ꝓ eadē ſpecie car=
nem humanā aſſumere/ pati diuerſa flagella/ ⁊ ſubi=
re finaliter dirā mortē. ¶ Creator omniū viſibiliū et
inuiſibiliū deus: tibi flectat̄ celeſtiū et terreſtriū om=
ne genu. quia ſicut tu ordinaſti vt firmamētū moueā
tur et voluat̄ duobus axibus/ quoꝝ vnꝰ eſt a parte ſe
ꝑtētrionali/ alter vero a parte meridionali: ſic ſunt or
dinati homines inter duas vias ad habēdū liberam
volūtatē/ quarū prima eſt via bonoꝝ operū / ſecūda
vero maloꝝ. ¶ Unde benedictus ſis tu celeſtis pa=
ter. quia rōne iſtarū duarū viarū/ in q̄bus conſtitui=
ſti hominē: fit ꝯtrarietas īter potētiā rationalē/ ⁊ po=
tentiā ſenſitiuā. ¶ Unde ſemꝑ quādo potētia ratio
nalis prebet motū homi vt bonū operet̄: cōtrariatur
ei potentia ſenſitiua q̄ mouet ipſum ad operādū ma
lum: et ſimiliter quādo potētia ſenſitiua vult homi=
nē totaliter trahere ad partem ſuam/ reſiſtit et cōtra=
riatur illi ſcinderaſis: id eſt ſcintilla potētie rationa=
lis. ¶ Rex magnifice omniū tuoꝝ hoſtiū triumpha
tor: tibi cognoſcatur omnis ſapiētia ⁊ ſciētia / et mi=
chi vaſi criminū oīs ſtultitia et ignorātia. quia ſicut
nequā ꝑnceps ſubmittit ſe vilibus hominibus/ ⁊ ini
quis cōſilijs/ ⁊ poſtponit totā intentionem ſuam et
diſcretionem/ aſſumēs alienū velle ꝓ ſuo/ q̄d eſt ſibi
damniferū: ſic fuit hactenus de me qui ſemꝑ credidi
falſis et ꝑuerſis cōſilijs potētie ſenſitiue/ dimittēs ſa
lubria cōſilia potentie rationalis. ¶ Unde cū tu dn̄e
deus veniſti in hunc mūdum ad liberandum et redi=
mendū humanā ſpeciem a peccato originali: te hu=
militer flebilibus oculis oro/ vt digneris protegere et

eripere meam rationalē potentiā a captiuitate ſiue
ſeruitute/in qua fuit ꝑ longū tempus ſub potētia ſen
ſitiua. et vt deinde (ſicut decet) ſit ſenſitiua potentia
rationali potentie ſubdita/quēadmodū tu in corpo=
re cuiuſlibet (in creationis ſue principio) ordinaſti.
¶Redemptor mūdi deus. quis eſt ille cui nō patet
ꝙ maxima miſeria que ſit in hoc mūdo et de quo ma
xime eſt indignādū: eſt habere crudelē dominū ⁊ ma
lignū/q̄ nō cognoſcit ſeruitiū ſibi factū. vnde cū po=
tētia ſenſitiua ſit crudeliſſimus et peruerſiſſimꝰ dñs
quem quis poſſit habere in hoc mundo: te deuota
mente oro vt ſubtrahas me et eripias a ſuo domi=
nio/⁊ a ſui ſeruitij poteſtate: ⁊ ꝙ ſubdas me ſeruitio
potentie rationalis cui affecto poſthac corde et ani=
mo famulari. ¶Conſeruator bonoꝝ deus: benedi=
cta ſit tua mirabilis ordinatio. q̄a tu ordinaſti aptiſſi
me ꝙ omnis creatura tā viſibilis q̄ȝ inuiſibilis ſer=
uet naturā ſuā. vnde tu ordinaſti ꝙ animalia irratio
nabilia nō poſtponant hoc qđ naturaliter ineſt eis/
neqȝ nobilitētur ratione qua ſoli homīes decorant.
Unde cū homines vilipendāt rationalē potētiā/ita
ꝙ faciant eā ſeruā potētie ſenſitiue atqȝ ſubmiſſam:
⁊ ego ſim vnus illoꝝ/q̄ hucuſqȝ hoc idē fecerim: me=
rito debeo reprehendi/tanq̄ȝ ille q̄ ordinationē abij=
cit et inordinationē erigit et exaltat. ¶Sed iſtud eſt
valde mirabile: quia bruta animalia ſeruant curſum
ſue nature/ī quo tu illa creaſti: ⁊ ego qui ſum animal
rationale poſtpoſui ordinationē nature mee/in qua
tu pater piiſſime me creaſti/et amplexus ſum inordi
nationē derelinquens ordinatōnē qua me decoraue
ras ſancte deus.

¶Qualiter deus ordinauit in homine potentiam motiuam.

DEus qui mentes hominū erigis ad
virtutes: benedicta ſit tua ſancta eſ=
ſentia. quia tibi placuit ordinare ꝙ ſi
cut potentia imaginatiua eſt in hu=
mano corpore motꝰ remotior: ſic po=
tentia motiua ſit in eo motus ꝓpin=
quior. ¶Cauſa quare potētia imaginatiua eſt in ho
mine remotior motꝰ/eſt iſta: quia ſenſibilia ꝑueniūt
in eam anteq̄ȝ ꝑueniāt in potētiā rationalē: ⁊ quādo
ꝑuenerūt in imaginatiuā/poſtea ipa offert ⁊ p̄ſentat
illa potentie rationali. ¶Cauſa etiā quare potētia
motiua eſt ꝓpinquior motus in homine eſt hec: q̄a
ſtatim vbi imaginatiua obtulit ſenſibilia potētie ra=
tionali/ratiōalis p̄cipit motiue ꝙ moueat ſe et dedu
cat in actū hoc qđ eſt in potentia. ¶Sancte ⁊ imor=
talis deꝰ: benedicta ſit tua ſctā eſſentia. q̄a tu ordina
ſti in homīe ꝙ ipſe habeat quoddā mediū iter remo
tiorem motum (qui eſt in eo) ⁊ ꝓpinquiorem: qđ me
diū eſt potētia rationalis. vnde ꝓpter hoc medium
eſt homo melioris diſpoſitiōis q̄ȝ aliquod aliud ani
mal. ¶Quare ob hoc ꝙ bruta animalia nō habent
mediū inter remotiorē motū/⁊ ꝓpiorē ſicut homi=
nes: neſciūt diſcernere inter bonū et malū: nec eſt mi
rū cū ipa careant rōnali potētia ꝑ quā ſolā q̄s perci
pit ea q̄ bona ſunt/⁊ ea q̄ mala ſunt. Nam qñ contin
git ꝙ remotior motus ꝑueniat ad ꝓpiorē motū/ita
ꝙ nō eſt inter ipas aliqđ mediū: nullo mō intellectua
lia poſſunt intelligi ſiue ꝑcipi a ſenſualibꝰ. nam intel
lectualia nequeūt ꝑcipi niſi ſolū a potētia rationali.
¶Deus firmū fideliū fundamētū: tu ordinaſti ꝙ po
tētia motiua ſit ſerua ⁊ famula potētie rōnalis. Qua
re ꝓpter hoc ꝙ potentia motiua eſt ſerua ⁊ ſubdita
rationali: nequit opari/nec deducere in actū quicq̄d
eſt in potentia donec potentia rationalis ei p̄cipiat/
diſcernat/atqȝ preuideat: vtrū ſit ratiōi cōſonū ꝙ de=
ueniat ad actū/an nō. ¶Unde vbi potētia rationa=
lis diſcreuit ⁊ ꝓuidit ſecū/vtrū talis res debeat veni
re ad actum aut nō: ſi ſibi fuerit viſum rationabile vt
deueniat ad actū/tūc ipa p̄cipit motiue vt moueat ſe
et deducat in actū hoc qđ eſt in potētia/⁊ tunc venit
in eſſe actus motiue potētie ꝓpter coactionē quam
agit potentia rationalis in motiuā. ¶Deus q̄ emit=
tis lumen ſancti ſpiritus iuſtis corde: valde eſt mira
bilis ordinatio/quā tu poſuiſti ī homīe. quia homo
iuſtus qui vult incedere ꝑ ordinationē quā tu poſui=
ſti generaliter in quolibet corpore humano: ſemꝑ p̄=
meditaꝛ et diſcernit ſecum vtrū illud ſit rationabile/
qđ ipe vult agere aut nō. ⁊ nullo modo remotior mo
tus poteſt ꝑuenire ad ꝓpiorē: donec mediū qđ eſt in
ter ambos ꝓuiderit hoc qđ ipſum diſcreuit vtrū ſit
ꝯſonū ratiōi ꝙ deueniat ad actū/aut nō. Unde ꝓpꝛ
ordinationē p̄dictā quā homo iuſtus ſequitur in oī=
bus factis ſuis: cōtingit ꝙ ſapiētes anteq̄ȝ aliq̄d fa=
ciāt id preuiderint/vtrū ſcilicet illud qđ voluerint fa
cere ſit ratōnabile vt fiat/an nō. ¶Et ſi cōtingat a ſa
piente aliqđ bonū eſſe preuiſum: tūc potētia rationa
lis ꝑcipit ꝙ vtilitas ſequitur ex illo bono/⁊ īmedia=
te vult ꝙ illud bonū deducaꝛ ad actū. at vero quādo
accidit ſapientē imaginari aliqđ malū/ita ꝙ illđ eēt
damnoſum ſi duceretur ad actū: tūc potentia rationa=
lis p̄cipit motiue vt nō ducat illud in actū. ¶Infini
te bonitatis deꝰ/benedicta ſit tua ſancta ordinatio:
quia ſicut ſapiens incedit ordinate ꝑ ordinationem
quā tu poſuiſti in quolibet corpore humano: ſic ſtul=
tus ⁊ indiſcretus recedit deuiās ab illa ordinatōne.
quia quādo aliq̄s ſtultus imaginatur aliq̄d facere/
anteq̄ȝ illud offerat potētie rationali/⁊ priuſqȝ ratio=
nalis potētia illud diſcernat aut iudicet bonū ne ſit
aut nō: imaginatur ꝑuenire ad motiuā potētiā non
oblato eo/nec repreſentato rationali potētie. Et ꝓ=
pter hoc ꝙ homo leuis in motu vtitur tali inordina=
tione ſcelerata in factis ſuis: fere quicq̄d ipſe facit/fa
cit brutaliter a caſu ⁊ fortuna/nō habens reſpectum

ad bonū ſiue ad malū. ¶ Item alio mō contingit ꝙ
homo peruerſus ⁊ inordinatus/ vtit̃ inordinatione
in factis ſuis. nam ſepe accidit ꝙ homo inordinatus
imaginetur q̄dam que ſibi bona forēt et vtilia/ ſi ipſe
illa ageret: ⁊ tunc ita accidit ꝙ potentia imaginatiua
offert imaginationē illarū rerū potētie rōnali/ ⁊ ime=
diate rationalis notat ⁊ oſtēdit ei ꝙ bonū eſſet illi ac
vtile/ ſi illa faceret. tamē homo ruralis cui iſta ratio=
nalis ineſt/ nō vult ei credere/ nec deducit in actū illa
que viſa ſibi fuerunt bona/ ſi ad actū deducerentur.
et hoc cōtingit homini: q̄a ſubmittit potentiā ratio=
nalem ſenſitiue. et ideo ratione talis ſubmiſſionis ⁊
ſeruitutis: rōnalis nō habet poſſe ꝙ p̄cipiat motiue/
vt deducat ī actū illud qđ eſt ab ea imaginatū: ⁊ hoc
modo remanet bonū nō deductū ad actū: licet ima=
ginatū fuerit ⁊ etiā figuratum. ¶ Fortitudo fragiliū
deus: oēs pariter deuotas laudes tuo nomī tribua=
mus. quia tu ꝓpter tuam bonitatē ordinaſti/ ꝙ po=
tentia motiua quādoq̄ȝ velit q̄dā ad actū deducere/ ⁊
interdū abomīetur totaliter illa ꝑficere ita vt ea nul=
lo modo compleat. ¶ Unde benedictus ſis tu cele=
ſtis pater/ q̄ ita apte ordinaſti humanū corpus. nam
quēadmodū tu ordīaſti hominē ⁊ honoraſti pre om=
nibꝰ creaturis: ſic voluiſti ꝙ potētia motiua q̄ eſt ī eo
haberet maiorē affectū deducēdo aliq̄ in actū/ vel ꝓ
hibendo ne vllo modo ꝓducātur/ q̄ȝ aliqua alia potē
tia motiua q̄ eſt in alijs creaturis. ¶ Et totū hoc ac=
cidit ꝓpter mediū qđ homo habet inter ꝓpiorē mo
torē et remotiorē. quia quando homo imaginatus
eſt aliquid/ et rationalis potentia diſcreuit illđ: tunc
ſi placeat homini vt fiat illud qđ imaginatus eſt/ ca=
dit in eo maior ſollicitudo ⁊ cura vt illđ fiat/ q̄ȝ cadat
in aīalibus irratiōabilibꝰ/ quādo volūt deducere ad
actū hoc qđ imaginant̃. quia in hoc ꝙ oīa informan
tur et preuident̃/ ſine cōparatione melius ab anima
hominis/ q̄ȝ ab anima irrationalis aīalis: eſt magis
ſollicitus ⁊ magis intētus homo/ in ducēdo ad actū
id qđ ipſe vult ꝓducere: q̄ȝ alie creature q̄ ſolū habēt
imaginatiuā potētiam. ¶ Deus cuius ſapiētie non
eſt numerus. tibi placuit ordinare ꝙ homo haberet
maiorē poteſtatē viuificādi vel mortificādi potētiā
ſenſitiuā q̄ȝ aliquod alioꝝ animaliū. Quare in hoc ꝙ
remotior motor offert potētie rationali illud quod
imaginatur: ꝑficit deſideriū rei/ vel abominatio ī po
tentia rationali: ⁊ ꝑ iſtam ꝑfectionē que fit in anima
homīs a potentia rationali: ineſt homini maior po=
teſtas viuificādi vel mortificandi hoc/ qđ ab eiꝰ ſen=
ſitiua ſentit̃/ q̄ȝ animalibus brutis carētibus ratione:
illa q̄ ſentiūt ratione ſue potentie ſenſitiue. ¶ Unde
ꝓpterea ꝙ homo habet maiorē poteſtatē viuificādi
vel mortificandi potētiā ſenſitiuā/ q̄ȝ aliquod aliorū
animaliū: volūt homīes plus comedere ⁊ bibere/ vl'
minus/ q̄ȝ natura eoꝝ exigat. et inde ꝙ animalia irra
tionalia nō poſſunt viuificare vl' mortificare potētiā

ſenſitiuā: ſequit̃ ꝙ ipā (vt poteſtis videre ꝑ experien
tiā de animalibus quadrupedibus/ de auibꝰ atq̄ȝ de
piſcibus) comedūt ⁊ bibūt ꝓ exigētia nature eorum.
¶ Admirabile eſt q̄ȝplurimū dn̄e deus/ nomen tuū
in vniuerſa t̃ra: ⁊ ideo ſanctificetur et vſq̄ȝ ad nubes
a quolibet exaltetur. quia tu q̄ nichil ignoras/ ſcis ꝙ
q̄ ſcient̃ peccat (licet peccet ſepe ⁊ freq̄nter) eſt ſibi val
de graue cū peccat: attamē ob id nō obſtat quin ipſe
peccet. vnde talis peccat ob eā cauſam ꝙ potētia ra
tionalis nō ſe mouet ad vincendā potentiam ſenſiti
uā. ¶ Cauſa quare homo aggrauatur quando facit
peccatū eſt hec/ q̄a ſemꝑ ſynderesis q̄ eſt ſcintilla po=
tentie rationalis eſt ita excellētis virtutis/ ꝙ cōtēnit
q̄cq̄d vicioſum eſt vel imūdū ⁊ ſemꝑ aggrauat̃ qn̄ q̄d
illicitū fit ab homine. vnde ꝓpter hoc cadit diſplicē
tia peccati in homīe/ quādo facit illđ. quapropter in
tali caſu quādo rationalis precipit motiue/ ꝙ ſe mo
ueat ad faciendū peccatū ſemꝑ ſibi p̄cipit iſtud con=
tra remurmuratōnē ſyndereſis ex eo ꝙ nature ſue cō
trariū eſt peccare. ¶ Unde quādo potentia rationa=
lis iubet motiue ꝙ deducat peccatū ī actū: iubet iſtđ
ꝓpterea ꝙ potētia ſenſitiua (que eſt radix a qua ꝓce
dit peccatū) predominat̃ potētie rationali/ q̄ ꝓpt̃ fre
quentē ⁊ ꝯtinuā ordinationē ſubeſt illi vt famula et
ancilla. et hoc modo cōtingit ꝙ homīes qui inuite
peccāt/ peccāt: licet peccare eis diſpliceat. ¶ Uia ve
ritatis pater altiſſime q̄ȝplurimi pctōres ſunt q̄ appe
tunt penitus poſſe ſua peccata dimittere et adherere
virtutibus/ ⁊ quādoq̄ȝ (imo frequenter) accidit ꝙ ipſi
ꝓponūt craſtina die ſe exuere a luto criminū/ ⁊ in cra
ſtino ipſi nō ſe exuūt/ ſed ꝓponūt in ſequēti die ſe to
taliter peccatis exuere/ ⁊ ſic de craſtino ī craſtinū dif=
ferunt facere penitētiā vſq̄ȝ ad p̄occupationē mortis
et tūc ꝓtrahūt etiā ꝯfiteri. Et hec omia cōtingūt eis
ꝓpter hoc ꝙ motiua potentia ꝯſueuit diu eſſe prom
ptior ad peccata q̄ȝ ad virtutes. vnde ꝓpter diutur=
nitatem tēporis mouet̃ citius ad peccandū/ q̄ȝ ad bo
na oꝑa faciendū. ¶ Unde quia homo habet maiorē
et frequētiorē imaginationē ad operādū malū q̄ȝ bo
nū: ideo captiuat̃ potētia rationalis potius ad mala
q̄ȝ ad bona oꝑa exercēda: et quāto plus homo ꝑſeue
rat ſequi illicita/ tāto magis ſubditur ⁊ inclinat̃ mo
tiua potentia ad peccandū. ¶ Patiēs et miſericors
dn̄e imortalis. tu ordinaſti ꝑ tuā ſanctiſſimā p̄uiſio
nē: ꝙ gratia potentie motiue que eſt in homine: ſit
homo potens eſſe mobilis atq̄ȝ mutabilis de vno lo
co in aliū/ de vno oꝑe in aliud/ et de vicijs in v̓tutes:
vel etiā ecōuerſo de virtutibus in vicia. Quare ſine
iſta motiua potentia nō poſſet mutari nec deduci in
actū hoc qđ eſt in potentia/ ⁊ ſi homo nō fuiſſet po
tens in iſtis: non potuiſſet eſſe ordinatus ad acq̄ren
dū meritū boni vel mali. ¶ Glorioſiſſime deus cum
ego tā q̄ȝ ſaluti cōtrarius tranſtulerim me de v̓tutibꝰ
ad vicia/ ⁊ dimiſerim miora mala ⁊ maiora ſubierim

atq; hec omnia michi contigerint ratione huius potētie motiue/qua ſepius abuſus fui/et q̄ mouit me ſine cōparatione ad ꝑpetrandū citius illicita q̄ȝ licita: nullū aliud remediū habeo niſi humiliter poſtulare de cōmiſſis veniam a te deo.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine duas intentiones.

DEus q̄ per tuā miſericordiā elapſos in pctā reparas ad v̾tutes: tibi laus ꝛ gloria ſine fine. quia tu ordinaſti mirabiliter in aptiſſima diſpoſitione hominem/in hoc ꝙ dediſti ei duas intētiones/ſcilicet primā et ſecundā: ꝛ ob hoc dediſti ei duas intētōnes/quia duo ſecula ſunt in eſſe/ſcilicet iſtud preſens et futurū. Unde benedictus ſis tu pater ingenite: qui voluiſti ꝙ prima hominis intentio ſit in diligendo te/honorando/ꝛ tibi ſeruiendo: et in cognoſcendo tuam maximā bonitatē. ſecūda vero intentio homis eſt circa bona tēporalia huius vite/que ei in hoc ſeculo tribuūtur ꝓpter merita prime intentionis. Et ſecūdū iſtam ꝑdictā ordinationē tu ordinaſti ꝙ homines habeāt ſuam p̄mā intentionē deditā tuo ſeruitio ac honori. Et ſecūdā ſollicitā ad habēdū ſua neceſſaria i hoc mūdo/ꝛ hāc ſecūdā dediſti vt ſit eis cauſa vt fiant prime intētionis poſſeſſores. ¶ Excellentiſſime domie bonitatis fons. ſicut tu creaſti iſtū mūdū gratia alterius/ꝛ nequaq̄ȝ alterū gratia iſtius: ſic ordinaſti ꝙ ſecūda intētio ſit in hominib⁹ gratia p̄me ꝛ nō ediuerſo. ¶ Unde ꝓpter hoc cōtingit ꝙ prima intentio eſt nobilior et dignior ſine aliqua cōparatione q̄ȝ ſecūda/et quia eſt dignior et nobilior/decet vt quicq̄d homo facit faciat gratia prime intentionis/et vtinam ita eſſet: ¶ Sed ve michi infeliciſſimo peccatori: qui hacten⁹ vixi ita inordinate/ꝙ totā primā intētionē poſui circa tēporalia ſaluti cōtraria/et circa miſerias hui⁹ mūdi/meipſum ꝓſpiciēs/et nō ad te. et erexi ſolū ſecundā intentionē ad te/ita ꝑuertēs totū iuris ordinem/poſtponenſq; ꝑponenda: ac preponens poſtponēda. ¶ Conſolator deus corde tribulatorū. ratione ordinationis et inordinationis/que cadūt in homine ꝓpter duas ſepe dictas intentiones: accidit ꝙ iuſti viuūt ordinate/et peccatores inordinate. nam iuſti viuūt ob hoc ordinate/ꝙ totā ſuam p̄mā intentionem reddūt tibi/et ſecundā ſibiipis. peccatores autē omnino faciūt oppoſitū/in hoc ꝙ ipſi totā ſuam primā intentionē ponūt circa ſui dilectionē/et ſecūdā circa te. ¶ Congrue ordinator deus. tu ordinaſti mirabili ordinatione ꝙ paradyſus ſit locus eterne requiei/et glorie iuſtis ordinate viuentibus/q̄ ponūt totā primā ſuā intentionē circa te et precepta tua: ꝛ ꝙ infernus ſit locus ꝑpetue cōdēnationis peccatorib⁹/qui ponūt primā ſuā intentionē circa ſuā ꝓpriā dilectionē/et honorē q̄ attribuūt ſibiipis. ¶ Dn̄e deus ſi q̄s velit cōſiderare iſtam ordinationē: ipe inueniet ꝙ mirabiliter ordinaſti in humano corpore has duas intentiones. in hoc enim ꝙ tu voluiſti et ordinaſti vt ſecunda intētio ſit in eſſe reſpectu p̄me/et nō ediuerſo: ſequit̄ ꝙ infernus ſit in eē/ad hoc vt ſit paradyſus/et nō paradyſus vt ſit infernus: cū paradiſus ſit prima intentione/infernus vero ſecūda. et ob hoc eſt ordinatū ꝙ illi qui te diligunt (ſicut decet) p̄ma intentione ſint poſſeſſores eterne beatitudinis paradyſi/at ii qui ſeipos diligūt p̄ma intentione/torqueant̄ penis ꝑpetuis in inferno. ꝛ iſtud ex eo ſequit̄ ꝙ nos ſumus in eſſe ꝓpter te et non ediuerſo. ¶ O increata eſſentia diuina: tibi ſoli honor ꝛ reuerentia: quia tu ordinaſti ꝙ ſicut prima intentio eſt nobilior et dignior q̄ȝ ſecūda: ſic bonū ſit nobilius et dignius q̄ȝ malū. q̄a ſicut ſecūda intētio eſt in eſſe reſpectu prime: ſic malū eſt ad hoc vt bonū cognoſcat̄/ſed nō ecōuerſo. q̄a bonū nō ꝑuenit in eſſe: ad hoc vt malū ſit. ¶ Unde benedictus ſis tu dn̄e deus: quia ꝓpter hoc ꝙ bonum creatum eſt in nobilitate et dignitate/et malū in malicia ꝛ ſeruitute (eſt enī malū vt bonū ſit in eē) ſequit̄ ꝙ malū nō habet dignitatem in ſe nec aliquā bonitatē ꝓpter quā ſit dignū vt ſit creatū vel factū a te: ſed ſolū venit in eē (te ꝑmittente) ratione culpe. Quare malū culpe nō poteſt oriri aut procedere ſeu deriuari niſi ab inordinatione: q̄ fit ꝓpter id ꝙ p̄ma intentio ponitur vbi deberet poni ſecunda/et ſecunda vbi prima. vnde iſta inordinatio eſt radix a q̄ habuit originem ꝛ deriuationē peccatū: a qua oritur et ꝓcedit quottidie adhuc in illis: in quib⁹ eſt inordinatio prime et ſecūde intentionis. ¶ Fons luminū de⁹: omia crimina et oīa mala q̄ facta ſunt ab hominib⁹ in hoc mūdo: ꝓceſſerunt et habuerūt originē ab hominib⁹ inordinatis in ſuis intentionibus ſcilicet in prima et ſecunda. ¶ Nam ſi q̄s dn̄e deus diligit te et exaltat tuū nomē glorioſiſſimū iſta intentiōe vt tu ei gloriā tribuas ſempiternā: et vt ꝓtegas eū a gehēnalibus penis: tūc ipe diligit te ſecūda intentione/ꝛ ſeipſum p̄ma. vnde quia ipe omnino cōtrariū opat̄/diligēs ſeipm p̄ma intētione/et te verū deū ſecūda: poſtponit te quē debet ꝑponere/et ꝑponit ſeipm quē debet poſtponere. ꝛ ꝓpter hoc eſt peccatū in actu/ꝛ reddunt̄ homies culpabiles ac merito puniēdi. ¶ Item q̄ȝplurimi homies ſunt inordinati ꝓpt̄ has duas intentiones: rōne quarū homies inordinate diligūt tēporalia. quia cōplures diligūt magis alios vt poſſint ab eis aliq̄d habere de bonis eoꝝ/q̄ȝ diligant eos ratione ſui: aut quia ipſi merentur vt ab eis ſuis meritis diligant̄. quare talis amor falſus eſt ꝛ inordinatus: et hoc ratione duarū predictarū intentionū/que ſunt in ipis inordinate. ¶ Rex regū de⁹/et dn̄e dominātiū: ſicut tu ordiaſti ꝙ homo debeat te diligere

prima intentione et ſeipſum ſecũda: ſic homines per
ſe ſunt effecti inordinati in hoc mũdo diligẽtes te ſe
cunda intẽtione: et ſeipſos prima: ac ſi regula iuris or
dinatõis eẽt trãſmutata. ¶ Pater celeſtis expectãs
peccatores ad penitẽtiam: ſic deductũ eſt in cõſuetu
dinẽ a prauis hominibus vt diligãt te ſecũda intẽtio-
ne/et ſeipſos prima: ⁊ ita ſtatim pueri quãdo ꝑuene-
rũt ad etatem diſcretionis: imediate incipiũt ſeipſos
plus diligere ꝙ̃ te deus: te itaqꝫ diligunt ſecunda in
tentione/et ſeipſos prima/quod manifeſte poteſt vi-
deri de quolibet qui congregat bona temporalia: vt
valeat poſſidere voluptates huius ſeculi vicioſas.
¶ Unde valde eſt mirandũ qualiter poteſt cadere in
homine tanta inordinatio: vt viliſſima et tranſitoria
diligat prima intentione: et te qui es eternus rerum
conditor/et a cuius bonitatis fonte bona cuncta de
ſcendunt/diligat ſecunda. quare prohdolor fere toti
humano generi qđ in tantã inordinationẽ brutalit̃
eſt elapſum. ¶ Dñe deus virtutum: ꝙ̃ plurimũ ſunt
omnes modi inordinationis hominũ redarguendi:
maxime autẽ hypocrite/q̃ vident̃ ab alijs hominibꝰ
prima facie te diligere ꝑ̃ma intentiõe/cũ diligant te
ſecunda. ¶ Alij autẽ ſunt homines q̃ viuũt ſimiliter
inordinate: et hoꝝ inordinatio fere cõmunis eſt apđ
omnes. quia quaſi omnes eodẽ morbo laborant/et
iam patent omnibꝰ facta eoꝝ. ſed hypocrite credunt̃
ab hominibꝰ eſſe boni: et meliores multo eis. at ſi be
ne fuerint renes eorũ ſerutati/deteriores in decuplo
illis inueniẽtur in oĩbus factis ſuis. ¶ Et homines
decipiuntur in eis generaliter ob hoc ꝙ vident̃ eẽ ie
iunantes/vigilantes/et pauperibus elemoſynã ero-
gantes: ⁊ etiã quãdoqꝫ ſunt in ipſo actu faciẽdi bonũ
pro vana gloria huius mũdi. vnde cũ deberẽt oĩa iſta
ꝑ̃dicta facere reſpectu ꝑ̃me intẽtiõis: ipſi faciũt reſpe-
ctu ſecũde (q̃ prima eoꝝ intentio eſt) vt poſſint in hoc
mũdo ꝓboꝝ et ſapientum a populo famã adipiſci.
¶ Deus pacis ⁊ dilectiõis te humiliter oro: vt ꝑ tuã
pijſſimã pietatem des michi gratiã vt icedã per viã
prime intentionis: dũ vixero in miſeria huius mũdi.
Et vt valeã agere penitẽtiam de trãſgreſſiõe/quam
egi ꝑ tantũ tẽporis quo inceſſi ꝑ viam ſecũde intẽtio
nis/tibi ſeruiẽs ꝑ eãdẽ et nõ ꝑ primã: que tuo tm̃ ho
nori ⁊ ſeruitio deputat̃. ¶ Item dñe humiliter te oro
vt ꝑ̃ſtes michi gratiã vt nõ affectem eẽ poſſeſſor eter
ne glorie ꝑ̃ma intentiõe: ſed ſecũda. quia ſufficit mi-
chi indigno famulo tuo quoquo modo eẽ particeps
et̃ne beatitudinis paradyſi. ¶ Ueritatis iudiciũ ve
re deꝰ. maxima iiuria ⁊ maxima diſcõueniẽtia ratio-
nis/q̃ ſit in mũdo: eſt ꝙ tu diligaris ab hominibus
ſecũda intentione: et vt ipſi ſeipſos diligãt ꝑ̃ma. quia
tu es creator noſter qui de nichilo nos creaſti/et nos
ſumus a te creati: vt tibi imꝑpetuũ ſeruiamꝰ/a quo
recepimus quicqđ boni ineſt nobis. quapropter iu-
ſtũ eſt ⁊ valde cõſonũ rationi/vt tu diligaris ab ho-
minibus prima intentione: et ꝙ ipſi ſeipſos diligãt
ſecunda/ꝓut ratio exigit euidẽter. Nam omne ius/
omnis ratio/⁊ omnis eq̃tas exigit vt illud qđ eſt om
nipotens: habens in ſe omnẽ ſapientiã/et eſt eternũ:
et infinitũ ac ꝑfectiſſimũ: debeat plus diligi et hono
rari ſine aliqua comparatione: ꝙ̃ illud ĩ quo hec oĩa
deficiũt. ¶ Dñe deus ſicut tu ꝓhibes mari ne trãſcẽ
dat terminos quos tu ſibi ꝑ̃fixiſti: te ſuppliciter oro
vt ꝓhibeas michi ꝙ meipſm nõ diligam ꝑ̃ma inten-
tione: ſed te ſolũ deũ/cui amor ꝑ̃me intentionis ſpe-
cialiter debet reddi. ¶ Innumerabilis ſciẽtie deus.
tu ordinaſti ꝙ homines poſſideant bona tẽporalia
hac intentiõe/vt ipſis mediãtibus tibi valeãt ſeruire
in hoc mũdo: ⁊ vt ipſi vtentes illis bonis/tibi reddãt
primã intẽtionẽ: ⁊ ſibiipſis ſecũdã: vt ad eternam poſ
ſint beatitudinẽ ꝑuenire. Unde illi qui eo modo pro
curãt bona tẽporalia et tali intentiõe: q̃cũqꝫ ipſi agũt
circa acquiſitionẽ ipſoꝝ bonoꝝ: ſunt eis ꝓficiẽtia ad
ſalutem. ¶ Sed ve miſeris peccatoribus. quia ſemꝑ
quãdo alia intẽtiõe (ꝙ̃ iſta predicta) poſſidẽt ipſa bo-
na: ſemꝑ peccant mortaliter/et edificãt ad gehennã.
quare tuam miſericordiã ſupplices oramus: vt tribu
as nobis gratiam ꝙ ſecũda intẽtiõe (vt decet) diliga
mus bona tẽporalia: et prima te imortalẽ et omnipo
tentem dominum.

## ¶ Qualiter deus ordinauit hominem inter duos motus.

DEus auctor pacis et cõcordie: exaltet̃
nomen tuũ glorioſiſſimũ in excelſis.
tu eni ordinaſti hominẽ iter duos mo
tus/ſcilicet inter ꝑ̃mũ et ſecũdũ/quo-
rũ primus deriuat̃ et orit̃ a re exiſten-
te in eẽ: ſecũdus ꝓcedit a nõ eſſe. Un
de quoniã primus motus deriuat̃ ⁊ procedit a re exi
ſtente in eſſe: iccirco quãdocũqꝫ homo mouet̃ ad fa-
ciendũ aliq̇d ſecũdũ naturã primi motus/ſemꝑ mo
uetur ad faciendũ bonũ. cũ vero ſecũdus motus de
riuet̃ ⁊ ꝓcedat a re nõ exiſtente in eſſe: ob hoc quan-
do homo mouetur ad faciendũ q̇cq̃ ſecũdũ naturã
ſecundi motus: ſemꝑ mouetur ad faciendũ malum.
¶ Iſta ordinatio cõtingit homi: quia venit de nõ eẽ
in eẽ. vnde quãdo ipſe opatur bonũ: ſemꝑ mouet̃ pri
mo motu/qui eſt ꝓpinquus eẽ humano: et diſtat val
de a nõ eẽ ipſius. ⁊ cũ non eſſe ſit malũ: ſemꝑ quãdo
homo opatur malũ: eſt actor ipſius/ratione ſecundi
motus qui eſt ꝓpinquus ꝑ̃uationi: ⁊ valde diſtat ab
omni eſſe. ¶ Dñe deus q̇ ad humilitatẽ cordis reſpi
cis. tu ordinaſti ꝙ motus eẽt anteq̃ priuatio rei exi-
ſtentis eẽt. quia in hoc ꝙ creaſti hominẽ vt ipſe bene
ageret: ⁊ quia poſt creationẽ ſuã cecidit peccatũ i ho
minẽ accidẽtaliter. ꝓbatur ꝙ citius fuit in homie bo
nũ ꝙ̃ malũ. q̇a citius fuit in eẽ/qđ quidẽ eẽ eſt bonũ

homini q̄ȝ in peccato qꝺ eſt ſibi malū. ¶ Quare ſecū
dum hoc ꝓbatur ꝙ citius fuit in hoīe bonū q̄ȝ malū.
et quia bonū in eo fuit peius q̄ȝ malū: cōſonum eſt ra
tioni vt bonū vocet̄ primꝰ motus: ⁊ malū ſecūdꝰ. q̄a
primus motꝰ qui fuit in hoīe / fuit bonū: ⁊ ſecūdꝰ fuit
malum. ¶ Unde q̄a bonū fuit citius ī hoīe q̄ȝ malū:
ob hoc eſt primus motus in homine accidēs inſepa
rabile / ⁊ ſecūdus ſcilicet malū eſt ſibi accidēs ſepara=
bile. ⁊ ꝓpter hoc quādo homo mouet̄ ad faciendum
bonū: mouetur ſcd̄m naturā rei q̄ eſt eſſe poſſidēs. et
quādo mouet̄ ad faciendū malū: mouet̄ ad illud fa=
ciendū ſecūdū naturā rei carentis eſſe: ⁊ ideo ſequit̄
ꝙ bonū deriuat̄ ⁊ oritur a re exiſtēte ī eſſe. malū vero
a re carēti eſſe ꝑ oppoſitionē rectā. ¶ Exauditor iu=
ſtarum precū deus: ſicut tu exaltaſti / decoraſti / ⁊ nobi
litaſti veritatē: ⁊ nō falſitatē: ſic ordinaſti ꝙ primus
motus exaltetur ⁊ nobilitet̄ ſuper ſecūdū. quia ſicut
falſitas eſt ad hoc vt per ipm̄ veritas cognoſcat̄: ſic
ſecūdus motꝰ eſt ad hoc vt primi motus bonitas co
gnoſcatur ⁊ ſciatur. ¶ Et ꝓpter hoc ꝙ falſitas eſt vt
veritas cognoſcatur: ⁊ ſecundus motꝰ eſt vt primus
denotet̄: eſt ordinatū a te vt primus motus ⁊ veritas
ſint eiuſdē nature / ⁊ habeāt adinuicē eandē cōuenie
tiam ꝓprietatū. ⁊ eandē naturam ⁊ cōuenientiā pro
prietatū / habent inter ſe ſecundus motus ⁊ falſitas.
vnde quādo homo mouet̄ ab extrinſeco ad agendū
tibi laudes ⁊ reuerētias debitas: tūc ipſe mouet̄ mo=
tu primi motus q̄ incedit ꝑ viā veritatis. quia cauſa
quare tu creaſti hominē hec eſt: vt tibi imꝑpetuū lau
des daret. vnde v̄itas exigit ꝙ homo debeat tibi ſem
per laudes īpendere et ſeruire. ¶ Sed quādo homo
mouetur ad diligendū ſeipm̄ vel aliū plus q̄ȝ te deū:
tunc ipſe mouet̄ ſecūdo motu q̄ incedit ꝑ viā falſita=
tis. quia tu nō creaſti hoīem ad hoc vt diligat ſe vel
alium plus q̄ȝ te. ſi igit̄ homo moueatur hoc ſecūdo
motu: motus ſuus cōſiſtit in duobꝰ: ſcilicet in priua=
tione ⁊ falſitate. in ꝓuatione cōſiſtit: eo ꝙ amor ſuus
procedit ⁊ deriuat̄ a nichilo cū homo nō ſit creatus
vt plus ſeipm̄ diligat q̄ȝ te. in falſitate cōſiſtit: in hoc
ꝙ nō eſt veritas / nec cōſonum rationi ꝙ plus debeat
ſeipſum diligere q̄ȝ te deū. ¶ Unica ſpes ſalutis hu=
mane deus. ſicut tu es vnus in eſſentia ⁊ trinꝰ in ꝑſo
nis: ſic placuit tibi ordinare ꝙ quādo homo mouet̄
primo motu / moueat̄ circa dilectionē triū / ſcilicet cir
ca dilectionē tui prius. ſecūdario ſuiipſiꝰ. ⁊ tertio ſui
proximi. ¶ Unde cū homo mouet̄ ad diligēdum te
cauſa tue bonitatis: tūc eſt verax motus ſuus. ⁊ cum
mouetur ſimiliter ad diligendū ſeipm̄ / vt tibi valeat
ſeruire: tūc ſimiliter mouetur veraci motu. ¶ Et qn̄
quis mouetur ad diligendū ꝓximū ſuū reſpectu ⁊ in
tuitu tui deus: tūc a ſimili mouetur q̄s ꝓmo motu q̄
incedit ꝑ viā ſimiliter veritatis. ¶ Miſericors ⁊ ſua
uis dn̄e: qn̄ homo mouet̄ ſecūdo motu oportet eum
moueri tribus viis. quia prius ipſe mouetur ad ino=
bedientiā tuoꝝ preceptoꝝ / aut ꝙ ſibiipſi iniuriet̄ / aut
ſuo proximo. vnde ſi mouetur cōtra obedientiā tuo=
rum preceptoꝝ: oportet eū eſſe oblitū ⁊ ignorantem
tuā maximā bonitatem / ⁊ ceteras virtutes tuas. ⁊ ta
lis motꝰ eſt vanus ⁊ irrationabilis / ⁊ habet reſpectū
ad non eſſe / ad falſitatē / malū / ⁊ culpam ¶ Et ſi ho=
mo mouerit ſe ad diligendū ſeipſum ꝓma intētione
ita vt cupiat poſſidere vanas huius ſeculi volupta=
tes: tunc ipſe mouet̄ ſecūdo motu / qui reſpicit ad nō
eſſe. q̄a homo nō eſt in eſſe ad hoc vt debeat ponere
primam intētionē ī diligēdo ſeipſum: ſed te dominū
deum noſtrū. ⁊ ille motus eſt ꝓpter ſui naturā falſiſſi
mus / mēdax / vanus / ⁊ plenꝰ omni crimine atqȝ cul
pa. ¶ Item ſimiliter ſi homo mouerit ſe ad habēdū
odio ſuū ꝓximū: tunc ipſe mouetur ſecūdo motu: eo
ꝙ homo non eſt in eſſe vt habeat odio ſuū ꝓximum
vel iniurietur ei. quare talis motꝰ habet reſpectū ad
non eſſe ex eo ꝙ habet falſam intētionē / in hoc ꝙ ipſe
non eſt in eſſe vt in ſe habeat talē intentionē cōtra ꝓ
ximum ſuū: imo eſt ī eſſe vt diligat illū ſicut ſeipſum /
volēs ei ꝓdeſſe ſicut ſibiipſi. ¶ Sūme claritatis ſpe=
culum vere deꝰ. ſicut tu ordinaſti quatuor elementa /
ita vt duo illorū ſint ſuperius aſcendētia ꝓpter ſui le
uitatē: ⁊ alia duo deſcendāt inferiꝰ ⁊ centrū appetāt
propter ſui pōderoſitatē: ſic ordinaſti ꝙ homo aſcen
dat ad te ꝑ primū motū / ⁊ deſcendat ꝑ tuā iuſticiā in
abiſſum ꝑ ſecūdū. ¶ Et ſicut duo leuia elemēta aſcē
dunt naturaliter ſuperius ꝓpter ſui leuitatē quā tu
eis appropriaſti: ſic hoīes aſcēdētes ad te ꝑ ꝓmū mo
tum aſcēdūt ad te ꝑ gratiā quā approꝓaſti ꝓmo mo
tui / q̄ gratia ꝓuenit ex ꝑte eſſe qꝺ nō eſt in ꝓuatione
¶ Et ſicut alia duo elemēta deſcendūt naturaliter in
ferius et appetūt centrū ratione ſue ponderoſitatis:
ſic hoīes deſcendētes ad īferos deſcendūt illuc ꝓpt̄
naturā ſecundi motus q̄ ꝓuatur tua gratia in hoc ꝙ
eſt de natura priuationis et nō eſſe. ¶ Deꝰ retentiua
anchora noſtri portꝰ. tu ordinaſti ꝑ tuā miam ꝙ quā
docunqȝ q̄s mouet̄ ꝓmo motu: ſemꝑ moueat̄ ſecūdū
eſſentialē naturā ꝑticipantē gratiā et benedictionē.
et ordinaſti ꝙ qn̄ q̄s mouet̄ ſecūdo motu: moueatur
ſemꝑ motu accidentali ꝑticipanti defectum gratie ⁊
priuationē benedictionis cōiūcta ſimul cum natura
non eſſendi. ¶ Cauſa quare ꝓmus motꝰ quo homo
mouet̄ / eſt motꝰ naturalis homini / eſt hec: q̄a homo
eſt creatus ⁊ factꝰ ad hoc vt faciat bona. vnde qn̄ ho
mo operat̄ bonū ipſe mouet̄ ad faciendū illud bonū
ratione motꝰ naturalis cauſa cuius ipſe creatus eſt.
¶ Et cauſa quare ſecūdus motꝰ quo mouet̄ homo
ad faciendū malū / eſt motus accidētalis / eſt hec: q̄a
homo facit illud ⁊ ſeq̄tur qꝺ nō eſt illius nature cuiꝰ
eſt humanū eſſe / imo eſt cōtrariū ei. q̄a eſt de natura
non eſſendi. ¶ Gloria ⁊ honor ſit tibi dn̄e deus: qui
omnia aptiſſime ordinaſti. q̄a ſi homo mouet̄ ꝓmo
motu ad peccandū nō mouet̄ ad illud ꝓpter aliquā

naturā vel ꝓprietatē quā tu in eo creaueris vel ſibi
appropriaueris. qꝛ quicq̄d tu appropriaſti homini
eſt optimū/ ⁊ nullo meliori indiget. cum omne qđ tu
appropriaſti homini ſit bonū. ſi eni homo operetur
malū: nō facit illud ꝓpter aliquā cauſam vel occaſio
nem quam tu ei appropꝛiaueris. Jmo oportet ꝙ illa
promptitudo quā habet homo in faciēdo malū/ pro
cedat ⁊ deriuetur ab alio qđ nō ſit aliqđ illorū q̄ tu de
putaſti ſiue appropꝛiaſti homini. quid eſt ergo illud a
quo ꝓcedit malū ſiue peccatū: certe a nō eſſe/ in hoc
ꝙ qn̄ homo peccat: ipſe facit tale qđ non eſt dignū vt
ſit in eſſe ratiōe ſue fragilitatis ⁊ ſue miſerie. ergo ra
dix peccati eſt priuatio vel nō eſſe/ qđ idē eſt. ¶ Un
de cū tu dn̄e deus ordinaueris hoīem inter duos mo
tus/ ⁊ in libera volūtate: qn̄ ipſe mouetur ſecūdo mo
tu/ mouetur motu q̄ ad nichilū redigit. qꝛ ſecundus
motus ⁊ nō ens ſimilantur inter ſe in natura intelle
ctualiter intellecta. ſed quādo homo mouetur p̄mo
motu mouetur ad ꝑpetuitatē ⁊ ad vitā. qꝛ prim⁹ mo
tus et eſſe ſimilantur inter ſe in natura. ¶ Deus q̄ ad
intentionē cordis reſpicis: ſit nomē tuum glorioſiſſi
mum exaltatum. quia tu ordinaſti taliter hoīem ꝙ li
cet in eo cadat peccatū: propterea nō ſeq̄tur ꝙ pecca
tum ꝓcedat a te ſeu deriuetur. Quia q̄uis ſecundus
motus fiat p̄mus/ ⁊ ad inferna deducēs hoīem ſicq̄
efficiatur homo ſubiectū peccati: ob hoc peccatū nō
cadit in hoīe cauſa tui: ſed natura ꝑuationis q̄ eſt ra
dix a qua deriuatur ſecundus motus/ ⁊ ꝑuenit in ho
minem accidētaliter. ¶ Et ꝙ hoc ſit verū/ manifeſte
poteſt probari ⁊ perpēdi in aliquo pctōre ſe mouente
ad ſupbiā/ ad inanē gloriā: et ad cetera vicia huius
mundi. qꝛ illa cauſa ſiue occaſio/ qua ipſe mouetur
ad huiuſmodi vicia exercēda non eſt illa ꝓpter quā
tu dediſti eſſe homini: imo eſt cauſa ſiue occaſio q̄ ꝓ
cedit et deriuatur a nō eſſe in eo ꝙ nō eſt rationabile
vt ſit in eſſe. ¶ Jmmenſe poteſtatis de⁹ tibi honor et
reuerentia. qꝛ ita cōueniēter ordinaſti hoīem īter pri
mum motū ⁊ ſecundū/ ꝙ ſicut pctōres q̄ mouētur in
hoc mūdo ſecūdo motu mouentur ſine cauſa ⁊ occa
ſione ad peccandū: ſic ipſi condēnantur ⁊ cruciant̄ pe
nis gehennalibus vera ratione ⁊ cauſa. nam peccato
res dederūt tibi verā cauſam ⁊ occaſionē cruciandi
eos penis perpetuis in inferno. ¶ Et hoīes iuſti qui
mouētur in hoc mūdo p̄mo motu: mouentur ratio-
nabiliter in oībus factis ſuis. quare ipſi prebent tibi
rationē dādi eis eternā gloriā paradiſi. ¶ Quecūq̄
tu ordinaſti dn̄e deus: ſunt aptiſſime ordinata. vnde
mirabiliter ordinaſti in hoīe iſtos duos motus ſcili-
cet p̄mū ⁊ ſecūdū/ taliter hoīem ordinās ꝙ ſi moueā
tur circa inordinationem aliquorū illicitorū: ipſe mo
ueatur ad illa facienda ſecūdo motu. ⁊ ſi moueat̄ ad
faciendū aliq̄ rationabilia ⁊ digna actu: tūc ipſe mo-
uetur p̄mo motu/ q̄ fit ad laudē ⁊ reuerētiā tui deus.

¶ Qualiter deus ordinauit hominem
inter voluntatem ⁊ poſſe.

DEus cuius preuiſio preuidit oīa ab
eterno: gloria et laus tuo nomini tri-
buātur. q̄ ordinaſti hoīem inter poſſe
et volūtatē: ſicut ordinaſti naturā īter
potentiā ⁊ actū. ¶ Tu dn̄e deus dedi
ſti volūtatē homini mediāte qua ve-
lit te diligere/ exaltare/ ⁊ glorificare. ⁊ dediſti ei ſimi-
liter poſſe ad hoc vt poſſit ad actū deducere hoc qđ
vult. ¶ Mirabili ordinatione deus: decoraſti ⁊ nobi
litaſti humanū corpus/ in hoc ꝙ dediſti homini vo-
luntatem ⁊ poſſe: ⁊ propter hoc nemo poteſt excuſa-
ri ꝙ te nequeat diligere vel laudare vel ſeruitiū tibi i
pendere/ ſiue ſit paup ſiue diues/ ſiue ſanus vel eger/
ſiue liber vel ſeruus. qꝛ in q̄uis ſtatu homo ſit ſemꝑ
eſt potēs glorificare ⁊ laudare te: ⁊ tibi corde ſaltem
et aīo ſeruire. ¶ Saluator mūdi deus: ordinaſti in ta
li diſpoſitione hoīem: ꝙ ipſe ordinat̄ vel inordinatur
ſecūdū opa ⁊ facta q̄ ipſe facit in hoc ſeculo ad habē
dum velle ⁊ poſſe in faciēdo bonū vel malū. ¶ Qua
re aliq̄ hoīes ſunt qui habēt velle ⁊ poſſe ad faciēdū
bonum: et alij ſunt q̄ habēt tātū velle ⁊ nō poſſe. Et
alij ſunt qui habent poſſe faciēdi bonū ſed non velle:
et alij qui habent velle ⁊ poſſe: ſed deeſt eis act⁹ ope-
rum in hoc ꝙ nō faciūt bona opera ſicut deberent fa
cientes bonū ⁊ euitantes malū. ¶ Deus q̄ ꝑ virtutē
tuam mortuos ſpiritu viuificas ad ſalutē. tu iudicas
et aſſumis voluntatē hominū ꝓ facto/ quādo poſſe
deeſt eis: ⁊ hoc tā in bono q̄ in malo. ¶ Itē dn̄e de⁹
tu iudicas taliter illos hoīes qui habēt poſſe facien-
di bonum vel malū: ⁊ nō habēt velle: ac ſi haberēt vel
le ⁊ poſſe ſimul ⁊ nollēt facere illud. ¶ Nam quaſi ꝓ
tanto debet reputari homini potenti bona facere ⁊
nolenti: ac ſi faceret mala. qꝛ ſtatim eſt homo culpa-
bilis/ quādo eſt potēs benefacere ⁊ non vult. Nā quī
libet poteſt ad minus habere volūtatē faciēdi bonū:
et vitandi malum: ⁊ ꝑ rectā oppoſitionē ſimiliter po
teſt intelligi de iuſtis/ q̄ poſſunt malū facere ſed no-
lunt ꝙ ipſi habent meritū: ⁊ acq̄rūt illud a poteſtate
quam habēt in faciendo malū. quia poſſent illud fa-
cere ⁊ nolunt. ¶ Deus q̄ de nichilo cuncta creaſti: ti-
bi vniuerſe obediāt creature. qꝛ tu ordinaſti volūta-
tem mei famuli tui: ꝙ ſit occaſio faciendi bonū ſecū-
dum poſſe ſuū: ⁊ ordinaſti ſimiliter poſſe meū/ ꝙ ſit
occaſio faciendi bonū ſecundū volūtatē meā. ¶ Un
de cum tibi placet dare homini maximā volūtatem
in faciendo bonū: ſua maxima voluntas aperit ſibi
viam qualiter habeat poſſe faciendi bonū. et q̄ das
homini poteſtatem faciendi bonū: maxima poteſtas
quam habet in faciendo bonum/ aperit ſibi viam q̄li
ter habeat voluntatem faciendi bonum. ¶ Efficitur
quandoq̄ homo tam criminoſus ꝙ hec ordinatio (q̄
eſt in eo ratione poteſtatis ⁊ voluntatis) non videtur

el in ipſo eſſe.quia propter hoc ꝙ ſentit ſe habere valde modicam voluntatem faciendi bonum:videt̃ ſibi non habere poteſtatē faciendi bonū.ꝛ cū homo ſimiliter non ſentit in ſe magnā poteſtatē faciendi bonū: videtur ei ꝙ nō debeat habere volūtatē/ꝛ ſic videtur homini ꝙ ſit excuſatus rationabiliter nō faciēdo bona.attamen reuera nemo habet excuſationē ſecūdū ordinationē quā tu poſuiſti in hoīe. ¶ Venerabilis et potētiſſime dñe ſup cuncta.tu ordinaſti in hoīe ꝙ voluntas eius ſit occaſio multiplicationis ſue poteſtatis faciendo bonū:ꝛ euitando malū:ꝛ ꝙ poteſtas ſit ſimiliter occaſio in hoīe multiplicationis ſue voluntatis/ꝗ̄ ſit ſemꝑ circa bonū.ꝛ iſta talis ordinatio multiplicationis volūtatis ꝛ poteſtatis ꝗ̄ ſemꝑ ſunt circa bonū ineſt homini vt habeat maximā voluntatem ꝛ maximā poteſtatē preſtandi tibi reuerentiā et honorem. ¶ Sed ꝗ̄a homo eſt vilis ꝛ miſere cōditionis ꝓpter peccatū:maior pars hominū conatur ad habendum maiorē poteſtatē in diligendo ſeipſos ꝙ̄ te.et habet maiorem voluntatē ſine cōparatione circa ſui honorem ꝛ reuerentiā ꝙ̄ tui/qui es creator omnium ꝛ plaſmator. ¶ Unde propter hoc ꝙ nos ponimus totam voluntatem noſtram ꝛ poſſe/ circa dilectionem noſtrā:contingit ꝙ poteſtas quā tu poſuiſti in homine nō multiplicat in eo volūtatē faciendi bonum ꝛ vitandi malū/imo totum contrarium accidit:ob id enī ꝙ magis diligimus noſmetipſos ꝙ̄ te: poſſe noſtrū multiplicat in nobis voluntatē faciēdi malum/ꝛ euitandi bonū. ¶ Unitas eterne eſſentie: cognoſcat̃ eſſe ī te dño deo noſtro. quia valde eſt mirandum de humana ſpecie:qualit̃ poteſt eſſe ita ſollicita circa bona temporalia hui⁹ vite/maxime cum ſciat illa per ſe ſibi nō ꝓficere ad ſalutem. ¶ Et benedictus ſis tu dñe deus:ꝗ̄ ordinaſti vt quāto maiorē poteſtatē habēt hoīes in faciendo bonū:tanto ſortiātur maiorē penā/quādo illud nolunt opere adimplere. ¶ Unde multo melius eſſet homini ꝙ careret poteſtate fugiendi bonū/cum nō velit habere voluntatem illud faciendi:ꝙ̄ ſit ei habere poteſtatē/et nolle habere voluntatem illud opere adimplēdi. ¶ Deus cuius miſericordia nō deficit vere eā exigentibus:tu ordinaſti inter velle ꝛ poſſe ꝙ pauꝑtas ꝛ diuitie īſint hoībus.quia ꝙ̄plurimi pauperes bonoꝝ tēporaliū ſunt ditiores ꝛ abundantiores veris diuitiis/ꝙ̄ illi ꝗ̄ ſunt diuites bonorū temporaliū. vnde iſta varietas eſt in hominibus.quia in quolibet eſt poteſtas ꝛ voluntas. ¶ Quare diues auarus quāto maiorem poteſtatem habet acquirendi ꝛ cōgregandi bona tranſitoria huius mundi:tanto plus flectit voluntatē ſuam et facit illā ſeruam cumulandi huius ſeculi facultates. ꝛ quāto plus cōgregat:tanto magis ſerua efficitur diuitiarum.ꝛ poſtꝙ̄ voluntas ſua eſt ſic ſerua et ſubmiſſa:homo habens talē voluntatem magis eſt cēſendus pauꝑ ꝙ̄ diues:ſed non eſt ita de beatis pauperibus.quia quanto minorē poteſtatem habēt in cumulādis opibus huius ſeculi:tanto minus apponunt mentē ſuam ꝛ voluntatē in illis/itaqꝫ habēt liberiorem voluntatē ſecundū quid circa tuam dilectionem.tales vero ſunt cenſendi magis diuites ꝙ̄ inopes. ¶ Item alio modo diuites bonorū temporalium/ſunt miſeriores:ꝛ in maiori captiuitate ꝛ ſeruitute ꝙ̄ pauperes.quia quāto ꝗ̄s ditior eſt:tāto magis eſt obligat⁹ ꝛ ſubmiſſus pauperibus:ſcilicet ad erogandū eis elemoſynas. ¶ Virtuoſe deus cui nichil perfectionis deeſt:humanum gen⁹ eſt vſqꝫ adeo miſerum ꝛ fragile/ꝙ inordinat ꝗ̄cꝗ̄d tu ordinaſti in eo:ꝛ hoc ineſt ei ex eo ꝙ aliqua pars hominum eſt diues: alia vero pauꝑ ꝛ inops.quia diues credit eſſe ī hoc ſeculo in maiori libertate ꝛ dignitate ꝙ̄ pauper. et pauꝑ in maiori ſeruitute ꝛ ſubiectione ꝙ̄ opulentus. ¶ Quare videtur diuiti ꝙ non teneat̃ vel obligetur ad faciēdum bonum aut ad euitandum malum/ adeo confidit diuitiis ſuis.ob hoc enim videtur ſibi eſſe liber ꝛ nulli ſubditus ꝛ ita reputat ſe in hoc mundo valde proſperum/ac in oībus opulentū. ¶ Sed inops in hoc ꝙ videt ſe carentem illis ꝗ̄ ſunt ſuo corpori neceſſaria vt victu/ꝛ veſtitu:ceteriſqꝫ corpori neceſſariis:videtur ei ꝙ ſit ſeruus ꝛ ſubditus/ꝛ tunc in tali miſeria exiſtens ignorat iam libertatem ꝓpriā ideo non reputat ſe ita obligatū ad faciēdū bonum: et euitandū malū ſicut diuitem. vnde ſecundum hoc tam diuites ꝙ̄ pauperes quaſi oēs ſunt extra ordinationem in qua tu creaſti eos. ¶ Dñe deus qui nō veniſti vocare iuſtos ſed peccatores ad penitētiam.tanta eſt tua ſapientia et tam ſublimis atqꝫ ſubtilis vt ītelligatur ꝙ nemo poteſt ꝑcipere ordinationē quam tu poſuiſti in hoīb⁹:ꝛ a ſimili nō eſt aliquis ꝗ̄ poſſet cogitare vel exiſtimare maximā inordinationē ī quā ceciderunt hoīes ꝑ peccata. ¶ Quare tāta eſt ordinatio ꝗ̄ cadit in hoībus ratione poteſtatis ꝛ volūtatis que ſunt in eis:ꝙ quedā pauperrima mulier poteſt eſſe melioris ſtat⁹ ꝙ̄ vn⁹ rex vel etiā imperator/ſi illa habeat voluntatē faciendi bonū ꝛ euitandi malū. Rex vero cū habeat poſſe faciēdi illud :minime autem velle. ¶ Unde benedict⁹ ſis tu dñe de⁹. ꝗ̄a ꝓpt̃ ordinationē tuā quā cōmunit̃ poſuiſti ī quolibet poteſt pauperrim⁹ homo in mūdo eſſe ditior ꝛ melior (quo ad te) ꝙ̄ vnus īpator toti mūdo dñans ¶ Eterne dñe ſine principio ꝛ ſine fine.ita pulchre ordinaſti vt totū poſſe noſtrū/totā mentē/ꝛ volūtatē ponam⁹ integre circa tuā dilectionis reuerētiā/ſeruitiū/ꝛ honorem:ꝙ multe imo īnumerabiles ſunt cauſe ꝛ occaſiones quas tu dediſti nobis ꝗ̄bus ad tuā eternā beatitudinem veniam⁹:ꝛ hoc per nr̄a opa ſm̄ mādata tua ꝗ̄ mereant̃ per tuā gratiā ad tantā felicitatē glorie peruenire. ¶ Dñe deus ſi ꝗ̄s contemplaretur vel imaginaretur vt decet tuā maximā bonitatē vel aliquā aliarū tuaꝝ virtutū/vel gratiarū/quas tu feciſti

nobis miſeris per tuā miſericordiā: nemo eſt cui diminueretur voluntas ad operandū bona/ imo augmentaretur q̄ꝫplurimū et poſtea per conſequens ſibi poſſe. ¶ Quare dn̄e deuota mēte ⁊ corde cōtrito tuā maximam oro clementiam: vt ipſa michi preſtet gratiam: ꝙ dū vixero in hoc mundo ſemꝑ vſqꝫ ad meum obitum contempler ⁊ cogitē pro poſſe meo/ tuas virtutes ⁊ gratias: quas nobis indignis peccatoribus facere dignatꝰ es/ ad hoc vt ſemꝑ creſcat michi poſſe ⁊ velle operandi bona: ⁊ vitandi mala: q̄bus duobus placeat quiuis hominū tibi deo.

### ¶ Qualiter deus ordinauit ꝙ homo poſſit eligere veritatem vel falſitatem

DEus cuius copia gratie/ cōplet miſericorditer totum mūdum: tibi honor et reuerentia tribuatur. qui ordinaſti vt homo poſſit ſibi eligere veritatem vel falſitatem. ⁊ vt veritas deſcendat et procedat a re habēti eſſe/ ⁊ falſitas a re priuata eē. ¶ Et ordinaſti ſimiliter ꝙ veritas ſit in tua dilectione/ reuerentia/ ſeruitio/ ⁊ honore. ⁊ cū ſis verus deus et verus creator omniū tam viſibiliū q̄ꝫ inuiſibilium: atqꝫ ꝑfectio totius boni: dignū eſt et valde cōſonū rationi: ꝙ quādo quis laudat/ benedicit ⁊ glorificat nomen tuū: ſemper icedat ꝑ viam rectiſſimam veritatis. ¶ Quare cū tu ſis tātus dn̄s et tam nobilis ac ſublimis: veritas eſt in illis qui ſe dirigunt ad exhibēdū tibi benedictionem/ ſeruitium/ reuerentiam/ ⁊ honorē. quia tu ita ordinaſti ꝙ ſemꝑ vnuſquiſqꝫ incedat ꝑ veritatem dummodo faciat ea que exigit ratio. ¶ Omnipotens ſempiterne deꝰ: tu ordinaſti ꝙ omnes hoīes qui negociantur in mūdo vt poſſint in eo honorifice viuere/ ⁊ voluptatibꝰ carnis frui/ incedant ꝑ viam peruerſiſſimā falſitatis. ¶ Quare in hoc ꝙ omnes hoīes vniuerſaliter ſunt in eſſe/ vt tibi referre gratiarū valeāt actiones: nō eſt conueniens rationi ꝙ aliquis circa ſuum honorem/ et reuerentiam ſit ſollicitus vel intētus. ⁊ ſi forte contigerit ꝙ quis in hanc ꝓhibitionem incidat/ ipſe totum contrariū operatꝛ illius ad qđ ſpecialiter eſt creatus: ⁊ ratione illius cōtrarietatis quā ſeq̄tur/ ipe icedit per viam nephandiſſimā falſitatis. ¶ Quare ſicut veritas pretendit ⁊ prebet verā regulā ⁊ occaſionem dādi tibi laudē ⁊ gloriam cū affectu: ſic falſitas inficit omnes illos qui cupiunt viuere ſecūdū carnales concupiſcentias huiꝰ mūdi. ¶ Deus qui es vera perfectio ſcientie ⁊ ſapiētie. tu ordinaſti ꝙ quādo homo cogitat in ſua miſeria ⁊ fragilitate: ſemꝑ incedat per ſemitam veritatis cū ſeipſum agnoſcat eſſe miſerum ⁊ fragilē/ ac ſuum corpus multis eſſe ſubditum nocumentis. ⁊ precipue cum agnoſcat ſe ad hoc eſſe creatum: vt te benedicat ⁊ glorificet ſine fine. ¶ Et ꝙ homo ſit miſere ⁊ fragilis cōditionis/ in hoc ꝙ eſt paſſibilis/ mortalis/ ignorans/ ⁊ ſic de aliis: eſt verū et poteſt probari ac videri quotidie ad oculū. vnde cum homo agnoſcit ſeipſum eſſe talis cōditionis ſicut eſt: ſemꝑ incedit ꝑ viam veritatis ratione ſue vere noticie qua veriſſime cognoſcit hoc qđ eſt. ¶ Tibi laus ⁊ gloria dn̄e deꝰ: qui tam mirabili diſpoſitione ordinaſti corpus humanum. quia cū verum ſit ꝙ tu ſis perfectiſſimus in oībus virtutibꝰ: ſemꝑ quando tibi attribuitur laus/ benedictio/ vel gloria. talis attributio ſequitur veritatē. ⁊ cum ſit verū ꝙ homo eſt miſere conditionis/ modici valoris/ ⁊ fragilis poteſtatis: ſemꝑ quādo quis cognoſcit iſtos defectꝰ in ſe vtitur veritate. ¶ Deus qui contemplatiuā vitam preeligis ad ſalutem. tu ordinaſti vt qui tibi adheret adhereat veritati: ⁊ qui te fugit/ veritatē ſpernat atqꝫ ſequatꝛ mendaciū. vnde iſtud eſt a te ordinatore omnium aptiſſime ordinatū. q̇a tu es oīs veritas perfecta: ⁊ nichil preter verū poteſt aliquo modo eſſe in te ¶ Unde cū q̇s adheret tibi bonis operibus/ aſſiſtit ſimiliter veritati. quia verū eſt ꝙ ſolū illi qui bene faciunt adherēt tibi: ⁊ qui amouentur a te/ ſuis malis operibꝰ ſꝑ a te diſcedunt/ ⁊ mala opera ſemꝑ ſunt cōtraria veritati. ⁊ operatores mali eo pacto ſequūtur falſitatem. ¶ Benedictū ſit dn̄e deus nomen tuum ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. quia tu ordinaſti hoīem mirabili diſpoſitione taliter ꝙ ipſe poteſt incedere ꝑ vtranqꝫ viam/ veritatis videlicet aut falſitatis: ⁊ ita ratione talis diſpoſitionis ipſe meretur bonū/ ſi per viam veritatis inceſſerit. aut malū ſi per eam que eſt falſitatis retrogrediatur. ¶ Nemo quātūcunqꝫ ſit ſapiens vel ſubtilis intellectu: poſſet cogitare tuā mirabilem ordinationē. quia tu ordinaſti ꝙ cor hoīs ſit camera vbi ſtet veritas/ ꝙ lingua hoīs loquatur veritatem/ oculi reſpiciant eq̄tatē/ aures audiant verba edificantia ad ſalutē corporis ⁊ aīe/ manus operentꝛ opera fructifera: ⁊ ꝙ pedes per rectas incedant ſemitas. ¶ Sicut eſt iuſtū pater ingenite/ ⁊ cōſonū rationi/ ꝙ tu lauderis/ exalteris/ ⁊ glorificeris generaliter a cunctis gētibus: eo ꝙ tu ordinaſti ita aptiſſime corpus humanū: ſic eſt iuſtū ⁊ rationi conſonū ꝙ hoīes increpentur ⁊ redarguantur q̄ꝫplurimū: ꝓpter hoc ꝙ ipſi derelinquētes ordinationē ⁊ viam ſalutiferā veritatis: amplexi ſunt fere ꝓ maiori parte viā erroneā falſitatis. quia ipſi abutuntur predictis organis: facientes corda ſua camerā falſitatis. ora ſiue linguas limen ⁊ oſtium mendaciorū: et ſic de aliis membris corporis quibus ipſi nefandiſſime abutuntꝛ. ¶ Perfectio virtutum (que tantum eſt in te) domine deus excellentiſſime: exigit ꝙ veritas maneat ſignanter in te/ ⁊ eſt ordinatū ꝙ omnis veritas procedat et emanet a te quam diſtribuis cordibus veracibus: et tua ordinatio exigit (et ita eſt) ꝙ falſitas habitet et ꝑmaneat in hoībus accidentaliter propter ſuas culpas et

facinoꝛa que de rigoꝛe iuſticie hoc requirũt. ¶ Pie et miſericoꝛs deus. tu oꝛdinaſti ꝙ in alio ſeculo ſint duo loca valde contraria inter ſe: ſcilicet paradiſus ⁊ infernꝰ. et ꝙ paradiſus ſit locus veritatis in quo permaneant ⁊ gloꝛientur illi qui in hoc ſeculo bona opera fuerint operati: ⁊ infernus ſit locus falſitatis cuiꝰ ſint habitatoꝛes ⁊ ciues illi q̄ in hoc mũdo falſo modo fuerint cõuerſati. ¶ Quotq̄t hoīes viuunt in hoc mundo oēs opoꝛtet incedere ꝑ alterā iſtaꝝ duarum viarum / ſcʒ ꝑ viam aut veritatis aut falſitatis. vnde illi qui ſunt in via veritatis oꝛdinate vadũt ad padiſum: quia mediante veritate (q̄ eſt in eis) vadunt ad locum veritatis. et illi qui ſunt in via falſitatis inoꝛdinate vadunt ad infernũ: vbi eſt falſitas et cõgregatio inoꝛdinataꝝ ac ꝑuerſarũ gentiũ. ¶ Illi qui oꝛdinate vadunt ad locum veritatis. ſunt qui in hoc mũdo amplectuntur veritatem ⁊ cognoſcunt eandem. quia vere cognoſcunt te eſſe creatoꝛem omnium: et dominũ ſingularem. ⁊ agnoſcunt etiā ꝙ tibi ſoli debet attribui oīs laus / honoꝛ / ⁊ gloꝛia. vnde cũ iſta noticia cõſiſtat in veritate: ob hoc ſunt in veritate omnes illi qui hoc modo cognoſcunt te et ſeipſos. alij autem vadũt ad locum falſitatis ſcilicet ad infernũ: qui eſt appropꝛiata eoꝛum habitatio / qui ignoꝛāt veritatem ⁊ ſequuntur veſtigia falſitatis attribuentes ſibiipſis honoꝛem ⁊ reuerentiam / tibi hec duo īdebite auferentes ¶ Deus fons ſupereminens veritatis. tibi placuit oꝛdinare: vt quis dicens veritatem ſecũdum ſuā conſcientiam: ⁊ in ea perſeuerare affectans: conſiſtat ⁊ ſit in eadem. ⁊ vt homo efficiatur propter vera opera / verus magiſter illoꝛum: qui falſo modo viuunt falſaq̄ʒ opera peragunt / et aliquādo dicũt veritatem: vt poſtea melius ſeminare inter veraces valeant falſitates. ¶ Homines veraces: ſine additione aliqua aut diminutione referũt qđ ab aliis audierũt / ſecundum eoꝛũ exiſtimationē. ſed mendaces totum contrarium faciunt / addentes verbis que audierunt illa que eis complacent: vel etiā diminuētes et ꝑ peccata inumerabiles ſunt hoīes qui ſequũtur falſitatē et habēt odio veritatem neq̄ʒ faciunt hoc qđ dicunt: ſed faciunt plura de quibus nunq̄ʒ faciunt mentionē querētes ſepius illud quod minime ꝑdiderũt. pingētes ⁊ oꝛnantes falſitatē verbis fallacibus ⁊ melleis. ¶ Item veraces homines reſpectu mendacium faciunt quicquid dicunt: ⁊ dicunt quicq̄d quaſi faciũt: et illa que ītelligunt eſſe vera inueniuntur (ſicut intelligunt) eſſe vera. ⁊ illa que mentaliter inſpiciunt eē falſa inueniuntur (ſicut reſpiciunt) eſſe falſa / dimittētes deuia ⁊ obliqua: adherentes coꝛde ⁊ animo viis rectis. ſed aliter eſt de mendacibus. quia quando illi credunt inuenire veritatem / reperiũt falſitatem ⁊ ediuerſo. et ita ipſi ſemper diſcurrunt per loca deuia et obliqua: quouſq̄ʒ finaliter deueniāt ad infernum vbi eſt locus et habitatio falſitatis. ¶ Deus qui viam erroꝛis doces omnes homines euitare. tu oꝛdinaſti ꝙ ſicut iſte mundus eſt vanus ⁊ fallax ⁊ deceptoꝛius falſitate: ſic quinq̄ʒ ſenſus coꝛpoꝛales quando ſunt ſpiritualibus dominantes incedunt per viam falſitatis / vanas voluptates carnalis concupiſcentie amplectentes. ⁊ ſicut aliud ſeculum ſemper ſequitur veritatem: ſic quinq̄ʒ ſenſus ſpirituales ſemper ſequuntur viam oꝛdinatiſſimam veritatis. ⁊ ſemper cõſiſtũt in veritate / dummodo actꝰ alterius ſeculi ſint exercentes. ¶ Cauſa quare quinq̄ʒ ſenſus coꝛpoꝛales exiſtunt in falſitate eſt iſta. quia homines credunt inuenire perfectum ſapoꝛem ⁊ perfectam voluptatem in iſtis mundanis: ⁊ in omnibus finaliter inuenitur defectus maximus / ſicut patet omnibus euidenter. ¶ Cauſa quare quinq̄ʒ ſenſus ſpirituales exiſtunt in veritate eſt hec. quia omne illud bonum / ⁊ illam gloriam quā homo credit inuenire in paradiſo inuenit: et maioꝛem etiā q̄ʒ poſſit aliquis cogitare. ¶ Alpha et o / deus ſine pꝛincipio ⁊ ſine fine. ego nefandiſſimꝰ peccatoꝛ viliſſimis conditionibus ſubditus: ſteti tāto tempoꝛe in falſitate / ꝙ ea oꝛe tenus fui plenus. At quid amplius de me ſoꝛdidiſſimo loquendum eſt? quia ita nataui et extendi hucvſq̄ʒ in falſitate omnia mea mēbꝛa: ſicut rana in gurgite ſeu in lacu. ¶ Propter diuturnitatem tempoꝛis quo ſemꝑ ſubmerſus fui in omni genere falſitatis ſicut oīa flumina exeũt mare: ſic a coꝛde meo exierunt ⁊ proceſſerunt omnes falſitates que poſſunt cogitari ab aliquo vel perpendi. quia os meum clauſum fuit hactenus ad veritatem exterius proferēdam. ¶ Ergo domine deus: cũ ego totum tempus preteritum (ex quo natꝰ fui ī hoc mundo) ſic expenderī malo meo / falſitates innumerabiles huius ſeculi amplectendo: te ſuppliciter oꝛo vt deinceps des michi gratiam vt donec trāſeam ex hoc mundo ſequar ⁊ amplectar totis meis viribꝰ veritatem / quā opoꝛtet eſſe in quolibet cupiēte ad eterne lucis gaudia peruenire. ¶ Glorioſiſſime deus tu facis predominari veritatem nefandiſſime falſitati: ſed homines ſunt ita pleni falſitatibꝰ vt in hoc mũdo multiplicauerint plus (ſine comparatione) falſitatem q̄ʒ veritatem. et intantum excreuit et ſuperabundauit falſitas ꝙ vix eſt aliquis locus huius ſeculi vacuus falſitate. ¶ Adeo eſt fere totum humanum genus falſitatibus et deceptionibus inuolutum: ꝙ vix ab eo cognoſcitur veritas. quia ipſe ferme neminem inuenit qui eam aſſociet vel admittat. ¶ Cum veritas ⁊ falſitas contrarientur adinuicem propter ſuam oppoſitam contrarietatem: contingit ꝙ illi qui incedunt per viam veritatis agnoſcant veritatem. et illi qui incedunt per viam falſitatis non amplectantur niſi eam. et ita quando obuiant veritati fugiũt eam: tanq̄ʒ deteriorem partem. vnde benedictus ſis tu deus celi ⁊ terre: qui propter predictam contrarietatē potes cuiuſlibet meritis reſpondere: et propter hoc

cognoſcitur melius rectum iudicium tuum deus.

¶ Qualiter deus ordinauit hominem vt poſſit eligere bonum vel malum.

DEus qui propter merita acquirenda ordinaſti hominem vt poſſit ſibi eligere bonū vel malum: tibi laus ⁊ gloria. qui ſtatuiſti etiam ꝙ eſſe ſit res habens poſſeſſionem boni: ⁊ non eē ſit radix a qua procedat ⁊ deriuetur malum. ¶ Domine deus cum homo venerit de non eſſe in eſſe: oportet ipſum eſſe inter eſſe ⁊ non eſſe. inter eē et non eſſe eſt homo: quia de non eſſe venit in eſſe. et niſi tu dediſſes ſibi eſſe: ipſe non fuiſſet in eſſe. et niſi etiam tu eum ſuſtineres ī eſſe: ſuum eſſe redigeretur in non eſſe. ¶ Unde benedictum ſit nomē tuum domine/ totius ſeculi dñator. quia propter hoc ꝙ tu ſtatuiſti et ordinaſti vt homo ſit propter operationem inter priuationem et eſſe: contingit eum effici accidētaliter ſubiectum boni ⁊ mali. quia ratione poſſeſſionis eſſe in quo ipſe eſt: cadit in eo bonum: ⁊ ratione propinquitatis ⁊ acceſſus quem eſſe ſuum habet ad non eſſe: cadit ī eo malum. ¶ Domine deus/ q̇ nūq̄ deficis ſperantibus in te. tu ordinaſti vt homo ſit ſeruus tue bonitatis/ tui honoris/ ⁊ tue reuerentie. nam obligaſti hoīem ad benedicendum ⁊ ſeruiendum tibi. ad exaltandum et glorificandum nomen tuum in eternum. ¶ Quare in hoc ꝙ tu pater omnipotēs per te ſolum es perfectus in omnibus virtutibus/ et abundans omnibꝰ bonis: ita ꝙ nichil deeſt tibi (qđ ſit in aliqua creatura) nec tibi eſt aliquid neceſſarium cum tu ſis omnium perfectio. vnde cum tibi placet/ et ita etiam vis vt nos diligamꝰ te/ ⁊ laudemus/ exaltemus/ ⁊ glorificemus nomē tuum ſemper: iſtud debitum non exigis a nobis ad hoc vt tibi ſint neceſſarie noſtre laudes: vel noſtra ſeruitia. ſed ſolum quia vis ꝙ ſint creature rationales ſicut nos: qui ſciamus cognoſcere ⁊ percipere tuam virtuoſiſſimam bonitatem ad minus quia nō poſſumus totam: ſaltem partem. ¶ Unde illi hoīes qui ſunt inobedientes tuis mādatis: ⁊ q̇ nō īpēdunt tibi laudes aut reuerentiā: nō obſunt niſi ſibiipſis. q̇a hoc nichil refert quātū ad tuā bonitatē vel honorē. quia tu nunq̄ recipis in te plus aut minus. ¶ O principium ſine pricipio. tu ordinaſti hominem per liberam voluntatem inter bonum ſuum/ ⁊ malum. quia maximū bonū in quo poteſt eſſe homo: eſt ꝙ tibi ſeruiat/ laudet/ et glorificet tuam excellentiſſimam bonitatem. ⁊ poſtea vt diligat proximum ſuum ſicut ſeipſum: ⁊ vt recognoſcat fragilitatē atq̄ miſeriam que ſunt in eo. ¶ Et quando (peccatis ſuis impedientibus) aliquis non refert tibi pater immenſe illud qđ ſibi ratio perſuadet ⁊ requirit/ nec diligit proximum ſuum vt deberet: tūc immediate efficitur ſubiectum ſui mali et etiam ſui dāni. ¶ Dñe deus: ſicut peccator propter mala opa efficitur ſubiectum ſui proprij mali: ſic iuſtus efficitur propter ſua bona opa ſubiectū ſui proprij boni ⁊ cōmodi/ ⁊ etiam ſui proximi. ¶ Perfectio totius bonitatis deus: valde ordinate ordinaſti hominem: ī hoc ꝙ poſuiſti eum inter receptionē tue gratie: ⁊ inter priuationem eiuſdem. ¶ Pater de celis deꝰ. homines quos tu ordinaſti ad recipiendū tuam gratiam: ſunt illi quos tu beatificas gratia tuarum virtutum. ⁊ ratione talis gratie eis collate ipſi efficiuntur ordinati ad ſeruiendum tibi: ⁊ ad impendendum tue maieſtati laudes/ reuerentiam/ ⁊ honorem. ¶ Et ediuerſo hoīes q̇ ſunt priuati tua gratia: ſunt illi q̇ tibi non ſeruiunt/ non reddentes tibi ea que tibi eſſe reddenda ratio exigit: et ob hoc ipſi efficiuntur inordinati. quare efficiuntur habitatores inferni: vbi nullus ordo eſt/ ſed ſempiternus horror ⁊ ſtridor dentium atq̄ fletus. ¶ Deus apud quem non eſt acceptio perſonarum: tibi laus ⁊ gloria. quia tu ordinaſti hominem ī hoc ꝙ poſuiſti eum inter meritum boni ⁊ demeritum mali. ⁊ ꝙ illi qui ſuis meritis adepti ſunt bonū/ ſint poſſeſſores eterne glorie paradiſi. ⁊ qui malum (per contrarium) in inferno ad patiendum penas perpetuas condēnentur. ¶ Illi qui merentur eſſe participes dñe deus tue glorie ſempiterne: merentur ꝓpt̄ hoc talis glorie eſſe participes ⁊ ꝯſortes ꝙ totis ſuis viribus conati fuerint in hoc ſeculo tibi gratiarum reddere actiones. ¶ Et econuerſo illi quorum demerita exigunt eos affligi penis perpetuis in gehenna ſunt illis digni. quia quando vixerunt in hoc mūdo: ſemper pro maiori parte abuſi fuerunt oībus operibus ſuis: atq̄ factis negligentes tibi gratiarum reddere actiones pro tuis quotidianis beneficijs que ſumebant abs te. ¶ O eterna preuiſio recte ordinationis. tu ordinaſti ⁊ ſtatuiſti hoīem inter malū pene/ et malū culpe ⁊ criminis: vt poſſit in eo iuſticia tua cognoſci. ¶ Dñe deus q̇a ordinaſti vt ratione mali culpe (q̇ cadit in hoīe) cadat in eo malum pene: voluiſti ꝙ malū pene nō ſit in hoīe ante malum culpe. vnde ſecūdū hoc/ in natura humana q̇ fuit in adā tota q̄ſi peccauit: fuit potiꝰ malū peccati q̄ malū pene. ¶ Et iſta fuit ſumma ordinatio: q̇a placuit tibi ꝙ malū pene eſſet poſt malū culpe. Nā in hoc ꝙ malū pene eſt vt torqueant̄ culpabiles: prius oportuit eſſe culpam q̄ penā. ¶ Iterū ordinaſti ꝙ ſicut fames/ et ſitis/ calor/ frigus/ ⁊ mors ceciderūt in hoīe ꝓpter peccatū prothoplaſti: ſic voluiſti vt peccatores poſt culpā ſuorum delictorū/ habeant malū pene in alio ſeculo que vindicet mala acta. ¶ Deꝰ q̇ finē cuiuſlibet rei reſpicis. tu ordinaſti vt homo ſit ī electione diſcernēdi et acceptādi maiꝰ bonū vel minꝰ: ⁊ voluiſti ꝙ minꝰ bonum ſit in bonis huiꝰ tēporalis vite: ⁊ maius in celeſti patria. ¶ Deniq̄ ordinaſti vt homo ꝑueniat citiꝰ ad minꝰ bonū q̄ ad maiꝰ. q̇a ad bona huiꝰ mūdi pertingit citiꝰ: q̄ alteriꝰ ¶ Optīe dñe deꝰ ē a te ordinatū

vt minꝰ bonū ſit citiꝰ ꝗ̃ maiꝰ.q̇a ī hoc ꝙ minꝰ bonū
eſt in hoc mūdo ⁊ maiꝰ ī alio:hñt finē bona tp̄alia / ⁊
bona ſpiritualia ſunt ꝑpetua ¶Bona temporalia q̄
nos habemꝰ in hoc mūdo ſunt gaudia/epule/potꝰ/
habere veſtes / eſſe in cōuiuijs et ludis / et in ceteris
alijs:quibus coꝛ hominis letatur et exultat . et quia
iſta bona ſiue delectationes poſſidentur a nobis: nō
eſt rationabile vt ſint ſine fine.ſed bona et ſūme de=
lectationes que ſunt in alio ſeculo/ſcilicet in tua cele
ſti gloꝛia rationabiliter debent eſſe ꝑpetua tanꝗ̃ illa
q̄ ꝓcedunt a te eterno/et ſunt ad tui reuerentiā ⁊ ho
noꝛem.¶Deus qui ab eterno cuncta noſti.tu oꝛdina
ſti hominē in libertate mali et boni:vt ipſe ſuis meri
tis poſſit eē particeps eterne beatitudinis/vel vt pe
nis perpetuis crucietur.¶Benedictus ſis tu domi/
ne deus.quia tibi placuit oꝛdinare ꝙ bonū preferat̄
malo.vt illi q̇ ſe diſponūt ad faciendū bonū/tua eter
na gloꝛia ꝑfruantur:et illi qui ſe inclināt ad lapſum
vetitoꝝ/mali ſemitas perſequentes penis gehēnali
bus toꝛqueantur. ¶Pater īmenſe poteſtatis ſicut
tu oꝛdinaſti in hoc mundo hominē in libertate faciē
di bonū vel malū:ſic oꝛdinaſti hominē in alio ſeculo
in hoc ꝙ non dediſti illi liberam voluntatem facien=
di bonū vel malum.quia aliter nullus certo eſſet oꝛ=
dinatus in alio ſeculo ſi eēt potens de bono ſtatu la=
bi in peccatum et ediuerſo.¶Gloꝛia et virtus tibi ex
cellentiſſimo dn̄o tribuatur.q̇a tu oꝛdinaſti vt homo
poſſit ꝑcipere tam bonū ꝗ̃ malū / in hoc ꝙ bonū eſt
potens et validū ſuos actoꝛes faciens laudabiles et
ſanctos/et malū eſt vicioſum ſui ſequaces ducēs ad
cōtemptum:ꝓpter hoc cognoſcitur quid ſit bonum
et quid malum.¶Sed quia nos ſumus valde fragi
lis et miſere conditionis ⁊ poſtponimꝰ fere totā tuā
oꝛdinationem:videtur nobis ꝙ illa que ſunt bona ⁊
ſtudioſa/ſint vicioſa et vilia atqꝫ ediuerſo. ¶Unde
iſta gnoꝛātia cadit in homibꝰ:quia ſicut predictū eſt
poſtponūt oꝛdinationē/qua eos aptiſſime oꝛnaſti ⁊
decoꝛaſti/et ꝑ ſe effecti ſunt accidētaliter inoꝛdinati.
nā nullus ferme inoꝛdinatus(peccatis ſuis īpediēti
bus) nouit ea q̄ ſunt bona vel mala. ¶Singularis
dn̄e refugiū noſtre ſpei:tibi honoꝛ et reuerentia.quia
tu oꝛdinaſti vt homines incedētes ꝑ viam oꝛdinatio
nis/ſint cognoſcētes ea q̄ bona ſunt et q̄ mala: et ſci=
ant etiā diſcernere inter maius bonū et minus/et in
ter maius malū et minus.¶Unde illi q̇ ſunt ſic ſapi
entes ⁊ oꝛdinati(vt dictū eſt)aſſumūt ſibi citius ma
ius bonū/ꝗ̃ minus.et minus malū ꝗ̃ maius : ſi alte
rū neceſſario eligere debeant.ſed inoꝛdinati ediuer=
ſo aſſumunt citius minus bonū ꝗ̃ maius/ ⁊ maius
malum ꝗ̃ minus. Quare cum in hoc ſeculo ſint mi=
noꝛa bona ⁊ mioꝛa mala/et ī alio maioꝛa bona maio
raqꝫ mala:ſine aliqua ꝯparatiōe/ ꝗ̃ felices erūt illi/q̇
vocabūt̄ a te ad ꝑcipiendū maioꝛa bona / poſtꝗ̃ hic
ꝑceperit minoꝛa bona/et ꝑ̄elegerit neceſſario mioꝛa

mala Juxta illō cōit̄ dictū.Ferre mioꝛa volo ne ḡuio
ra ferā.Sed ꝗ̃ īfelices illi: q̇bꝰ dicet̄/ite maledicti in
ignē et̄nū.q̇a exn̄tes ī hoc mūdo ꝑ̄elegiſtis minꝰ bo
nū ⁊ maius malū/q̄re effecti eſtis odibiles deo.

¶Qualiter deus oꝛdinauit hominem
inter duo merita/ſcilicet inter meritū
gloꝛie et meritum pene.

Eus qui ad eternam beatitudinē ſo=
lum iuſtos preeligis: tibi laus et glo=
ria.quia tu oꝛdinaſti hominē mirabi=
li diſpoſitione/in hoc ꝙ poſuiſti eum
inter meritū gloꝛie/⁊ meritū pene.nā
ſi homo fecerit bonū meretur habere
gloꝛiam:⁊ ſi fecerit malum meretur penis perpetuis
cruciari. ¶Unde benedictus ſis dn̄e deus.quia niſi
poſuiſſes hominem inter meritū gloꝛie et pene: glo=
ria celeſtis patrie paradyſi/et pene infernales (quan
tum ad hominē)fuiſſent fruſtra. ¶Sed quia nichil
qđ tu creaueris vel feceris poteſt eſſe fruſtra: opoꝛtet
vt meritū boni et mali ſit in eſſe/et ſit hominibus oc
caſio et cauſa ꝑ quā quis acquirat tuam eternā bea=
titudinem vel tuā indignationem. ¶Domine deus
virtutum.quia homo venit de priuatione in eſſe: ꝓ=
pter hoc non meretur nec eſt dignus vt ſit in eſſe ꝑ
ſe/ſed ſolum ꝑ te.cuius dignitati cōgruit ꝙ eū dedu
cas de non eſſe in eſſe. Quare cum ſis ꝑfectiſſimus
in omnibus virtutibus:tua ꝑfectio digna eſt vt lau=
detur/gloꝛificetur/ et exaltetur ab omnibus.nam ſic
pertinet ad tuā eſſentiā benedictam. ¶Unde cum
homo ſit in eſſe ꝓpter hoc quia merito et iure dignꝰ
es ab ipſo metui et laudari/et homo non ſit in eē vt
ꝑ ſeipſum mereatur eſſe in eſſe:ob hoc eſt mirabiliter
oꝛdinatum a te/ꝙ homo ſit in ſtatu apto acquirendi
meritum gloꝛie vel demeritum penarū. ¶Fons lu=
minū deus.tu oꝛdinaſti vt homo ſit ſubiectum meri
ti/boni vel mali:q̇a nemo poteſt eſſe ſine aliquo iſto=
rū duoꝝ. Quia cum omne bonū quod eſt in homīe
ꝓcedat a te:meretur homo beatitudinem tue gloꝛie
ratione boni quod tu ponis in ipſo merito. Et quia
malum ineſt peccatoꝛi/ratione ſue fragilitatis ⁊ mi=
ſerie/et nullū peccatoꝛū ſuoꝛū ineſt ſibi ratione tui/
ſed ſuiipſius ſolum:propter hoc meretur peccatoꝛ ꝙ
ſit ſubditus ad patiendum penas ꝑpetuas in infer=
no. ¶Deus qui intima coꝛdis reſpicis vniuſcuiuſqꝫ.
poſtꝗ̃ homo eſt in eſſe/vt tuarū virtutum ſit cogni=
toꝛ et perceptoꝛ/et non ratione ſui: ſi contingat ipm̄
ad tuam eternam beatitudinem peruenire/ id erit ra
tione tue bonitatis.et ſi contingat eū penis ꝑpetuis
cruciari:peruenit ad patiendum huiuſmodi crucia=
menta/ratione ſue fragilitatis et miſerie/ quibus dū
vixit in hoc ſeculo ſe ſubmiſit. ¶Unde ex hoc ſe=
quitur ꝙ in homine cadit meritum gloꝛie:ratio=
ne tue maxime bonitatis quando agit bonas ope=
rationes in hoc mundo . et quando facit contrarium

cadit in eo culpa ac demeritum pene ratione ſue inordinationis: que procedit a priuatione/ ex qua venit in eſſe. ¶Et ſic oportuit a te fuiſſe ordinatum ꝙ ſicut perfecte bonus es: ſic oportet vt meritum boni quod cadit in homine pro bonis operibus/ procedat et deriuetur a te. et quia homo quantū ad reſpectum ſuiipſius patitur omnē defectū boni: propter hoc oportet ꝙ demeritum pene quod cadit in eo ꝓ malis operibus / ſolū procedat ab ipſo ſolo. ¶Sūme nobilitatis ſpeculū ſancte deus. quia homo peruenit in eſſe/vt ab eo tua maxima bonitas atqꝫ gloria cognoſcatur/et non vt aliqua bonitas vel virtus agnoſcatur in ſe vel ſibi etiam tribuatur: ꝓpter hoc ordinaſti ꝙ meritum cadens in homine/ſiue bonum fuerit ſiue malum/ſit meritum quo gloriam vel penam perpetuo mereatur. ¶Unde cum ſit maxima tua virtus ita ꝙ ineſtimabilis ſit et incomprehenſibilis apud omnes certe digna eſt ab omibus metui diligi/et laudari/et ideo oportet ꝙ ſit in homine maximū glorie meritum ſiue pene. quia per maiorē hominis gloriam ſiue penam cognoſcitur melius ſecūdum verum iudiciū tua virtus. ¶Et quia tua bonitas eſt virtutis infinite: oportet ꝙ ipſa agnoſcatur ꝑ infinitatem tue glorie/in ſuꝑma beatitudine paradyſi/et per multitudinem pene ineſtimabilis in inferno. ¶Potentiſſime dn̄e dominās toti mundo. tibi placuit ordiare ꝙ ſicut ꝓꝑe ꝑtiet ad tue nobilitatis ⁊ dignitatis excellētiā/vt tua virtuoſiſſima eēntia in virtutum perfectiōe perfectiſſima infinite cognoſcatur: ſic eſt rationabile ꝙ meritum cadens in homine/ſiue glorie fuerit ſiue pene/ ſit tante magnitudinis et excellentie / ꝙ ratione ipſius homo efficiatur particeps eterne glorie infinite / vel penas patiens infinitas. ¶Unde tibi creatori omniū: laus et reuerentia cognoſcatur. qui ita excellenter hominē ordinaſti in hoc ſeculo penes boni meritum ſiue culpā mali: ꝙ in alio ſeculo eſt poſſeſſor celeſtis glorie paradyſi: ſi exiſtēs in hoc ſeculo ex tua gratia id meritus ſit. et ſi in hoc ſeculo mali demeritum ſuis operibus acquiſiuit in alio meretur (et ita eſt) penis perpetuis cruciari. ¶Item alio modo hominē mirabiliter ordinaſti: quia ſi homo in hoc mundo bona opera fecerit itidem et mala: bona opera quandoqꝫ (quaſi de congruo) impetrant veniā culparum que ſunt in eo ratione malorum operum que peregit. et ſi mala opera fecerit aliquando minuūt et delent merita que acquirit ex bonis operibus que facit. ¶Miſericors domine et ſaluator tu es tam miſericors et benignus ꝙ tibi placuit ordinare: ꝙ ſine comparatione maior ſit gloria paradyſi / ꝗ̃ merita eiuſdem beatitudinis poſſeſſorum. et hoc eſt quia decet vt tu prebeas maiorem gloriā hominibus / ꝗ̃ ſint eorū merita: que homines poſſunt ſuis bonis operibus adipiſci. Quia cum ſis in virtutibus ꝑfectiſſimus / et homo per ſe eſt boni cuiuſlibet defectiuus/graui et fragili conditioni ſubiacens vt vas vile: ideo quantūcūqꝫ exiſtat bonus aliquis in hoc mundo/non eſt potens tantū meritū glorie acquirere/quantā tu es potens gloriā dare. quapropter oportet maiorem eſſe gloriam quā tu prebes: ꝗ̃ ſit meritum qđ acquirunt homines in hoc mundo. ¶Sed aliter ordinaſti de meritis peccatorū. quia tanta eſt ꝑpetua eorū afflictio in inferno: quantū eſt mali meritū qđ in hoc ſeculo ſunt adepti. quia eo ꝙ ipſi hac vita miſera perfruentes poſtponūt te diligere et vereri/ mallentes perfrui voluptatibus huius mundi: adequatur eorū meritū ſue pene. et hoc eſt quia ſicut tu es infinitus in bonitate/et in ceteris virtutibus: ſic omnia bona huiꝰ ſeculi/ ſunt finita ⁊ menſura certiſſima terminata. vnde quia peccatores propter bona temporalia poſtponūt te/qui es in virtutibus infinitus: cadit in eis demeritum ꝓpter quod debent habere ꝑpetuam penam in gehēna. quia quantū tu diſtas ab omni defectu: tanto merentur peccatores / et ſunt digni ꝙ diſtet tua gloria ab eis. ¶Singularis domine: qui non derelinquis in tua miſericordia confidentes. tu ordinaſti ꝙ meritum glorie ſiue pena cadat in homine/et ſue voluntati reſpondeat atqꝫ poteſtati / et iſtam ordinationē in rationali potentia poſuiſti. quia meritum maxime ſtat in rationali potentia ſiue culpa. vnde quia meritum cadit et ſtat in rationali potentia: ipſa eſt dignior et nobilior ceteris potentijs anime. ¶Unde cū tu conditor et redemptor ordinaueris ꝙ meritū hominis ſit ſecūdū eius volūtatem/⁊ ſecūdum eiꝰ poteſtatem: ſequitur ꝙ magis gratuito accipis quēdā pauperrimū dantem vnū aſſem intuitu tui deus / ꝗ̃ regem dantem tui intuitu atqꝫ tuo nomine mille talenta. Quare laus et gloria tibi deꝰ. qui humana merita taliter ordinaſti/ꝙ ſecūdū quātitatē voluntatis et poteſtatis (que ſunt in homine) efficitur magnum vel modicū cadens meritum in eodē: qđ acquirit ꝓpter bona opera ſiue mala. ¶Domine deus cui nichil deficit virtuoſum: ita cōgrue ordinaſti hominē et decenter: ꝙ tibi eum placuit ordinare/vt meritum cadēs in eo creſcat ſecundū augmentū ſuorū operū que adipiſcitur in hoc mūdo. Quia cum aliquis ſanctus homo per infuſionē tue gratie ſibi date bene incipit conuerſari/et ordinat in illa ſua ſancta cōuerſatione (ſicut aliqui qui tibi gratiarū referunt actiōes) omne bonū deſcendeus ab huiuſmodi conuerſione laudabili: multiplicat et augmentat gloriam illius/ qui primo incepit taliter cōuerſari. ¶Conſimili modo eſt de aliquibus hominibus: qui fuerunt radix et ꝑncipiū īchoādi aliq̇d vicioſum. q̇a quādo aliq̇s eſt initiū hereſis/vel alicuiꝰ praue cōſuetudinis introducte/et ſic de ceťis: tātā culpā merebit atqꝫ penā/ꝗ̃tū malū fuerit atqꝫ damnū/qđ ꝓceſſerit exortūqꝫ fuerit ab ip̄o/q̇ huiuſmodi facinoroſa ꝑmiꝰ inchoauit.

¶ Cum tu ergo domine ĩmortalis ordinaueris vt ſe
cundũ bonũ vel malũ/cuius homo fuerit inchoator/
creſcat ſuũ meritum ſiue demeritũ: qđ expectant et
nõ incipiũt bona opera facere illi q̄ ea incipere ſunt
potentes: quare non incipiũt ediuerſo illa mala que
incepta ſunt/totis ſuis viribus euitare/vel ea q̄ prõ⸗
pta ſunt iam ab aliquibus inchoari. ¶ Quod infor⸗
tuniũ impedit ita homines huius mundi/ ꝙ citius
et libentius ſine comparatione/ſunt inceptores ⁊ cõ
ſtructores bonorũ temporaliũ huius vite miſere/et
inanis: q̄ꝫ bonorũ quibus acquiritur eterna beati⸗
tudo glorie paradyſi. et caligo ſic eos excecat: vt tar⸗
dius ac remiſſius vitent mala a quibus oriuntur me
rita penarũ ineſtimabiliũ ꝑpetuo in inferno: q̄ꝫ mala
huius ſeculi: ex quibus reſpectu priorũ damna val⸗
de modica oriuntur. ¶ Reuera omnia hec predicta
mala et errores/ cadunt in hominibus. quia citius
ſine comparatione/diligentius/maiorique feruore re⸗
colũt bona ⁊ mala huius ſeculi: q̄ꝫ bona vel mala al
terius: que ſunt ꝑpetua ſine fine/ quẽadmodum di⸗
ſpoſitum eſt a te deo.

## ¶ Qualiter deus ordinauit hominem in hoc ꝙ ipſi dedit liberam voluntatem.

DEus qui nunq̄ꝫ ſine ſpe miſericordie
inueniris: tuo ſubdantur ſeruitio om
nes populi. quia tu ordiaſti ꝙ homo
in faciendo bonũ vel malum/ liberã
habeat voluntatem. quia vnuſquiſqꝫ
recipit ex hac libertate ordinationem
in ſe: ad id quod ſpecialiter eſt creatus. ⁊ ideo ſentit
quilibet in ſe poſſe bonũ agere ſiue malũ. ¶ Unde
exaltetur nomen tuũ deus. quia tu ordinaſti ꝙ libe⸗
ra voluntas inſit homini: et hoc propter duos mo⸗
tus/in quibus ipſum in hoc ſeculo poſuiſti. et ordina
ſti vt per primũ motum habeat liberam voluntatem
ad faciendum bonũ: et ꝑ ſecundũ ſimiliter illud idẽ
ad operandũ peruerſa opera et iniqua. ¶ O pluri⸗
mũ eſt apta ordinatio hec quam in homine poſuiſti.
quia primus motus procedit a re habenti eſſe/ ſecũ⸗
dus autem ꝓcedit ⁊ oritur a priuatione. Unde pro⸗
pter hoc ordinatur ꝙ libera voluntas quã homo ſen
tit ineſſe ſibi in bonis operibus faciendis: deſcẽdat ⁊
procedat a re exiſtenti in eſſe/ꝑ tuam gratiã ei datã.
et libera volũtas quam homo ſentit ſibi eodẽmodo
ineſſe ad omne malũ/et ad ꝑuerſa opera facienda: ꝓ
cedat a priuatione que eſt res carẽs gratia atqꝫ eſſe.
quare ſecũdum hoc deſignatur eſſe beatitudo in ho
mine ꝓpter eſſe/ et infelicitas propter priuationem
que priuatur totaliter quouis eſſe. ¶ Deus qui pu⸗
ſillanimes corroboras et ſuſtentas. tu ordinaſti ꝙ li⸗
bera voluntas que eſt in homine: inſit ei in hoc ſecu
lo moderate/et hoc ratione duorũ oppoſitorũ/ad q̄

indifferenter ſe habet libera voluntas: que duo con⸗
traria ſunt nõ eſſe atqꝫ eſſe. ¶ Et ſicut tu ordinaſti vt
homo moueatur ad faciendũ bonũ/ ꝓpter naturam
eſſe qđ ei tu miſericors tribuiſti: ſic cõtingit acciden⸗
taliter ꝙ homo mouetur ad faciendũ malũ/ratione
priuationis a qua homo ꝓceſſum habuit atqꝫ ortũ.
ad quã iterũ rediret: niſi tu in eſſe in quo eſt ꝑ tuã mi
ſericordiã ſuſtineres. Unde homo habet ſolum na⸗
turam volendi bonum/ratione eſſe qđ tu ſibi creator
omniũ prebuiſti: ſed ipſe ꝑ ſe habet ſemꝑ ſuã volũta⸗
tem pronã naturaliter ad faciẽdũ omnia mala ope⸗
ra et ꝑuerſa/⁊ hoc ratione priuationis a qua ꝑuenit
in eſſe. ⁊ ꝓpter hoc eſt in homine libera voluntas: q̄a
iſta duo contraria habent in eo equaliter actum ſuũ
et ꝙ hoc ſit verum/ ꝓbare ⁊ videre poteſt iſtud quili
bet in ſeipſo. ¶ Tibi deo omnis virtus ⁊ gloria largi
atur. quia tu ordinaſti vt liberũ velle ꝑmaneat in ra
tionali potentia et exiſtat: atqꝫ ab ea procedat ⁊ deri
uetur/necnon in ea floreat ac fructificet. et hoc in re
bus illis ꝓpter quas homo meret̃ eſſe particeps tue
glorie paradyſi. vnde quia potentia rationalis/eſt ra
dix et ſubiectum liberi velle: ob hoc ipſa eſt nobilior
potẽtia q̄ꝫ aliqua aliarum. ¶ Q liberum velle per⸗
maneat in potentia rationali tantũ/⁊ non in aliqua
aliarũ potentiarũ patet: quia non poteſt ꝑmanere in
potentia vegetabili/ et in ſeipſo poteſt quilibet hoc
probare. quia nemo ſentit ipſam in predicta poten⸗
tia. nec poteſt permanere in potentia ſenſitiua: nam
non ſentimus in ipſa liberum arbitrium/in facien⸗
do de duobus cõtrarijs quod malimus. quia ſenſiti
ua potentia cõtrariatur nobis ad volendum illa que
ſua natura exigit et requirit. nec ꝑmanet in imagina
tiua: quia nequit imaginari duo oppoſita ſimul ĩ eo
dem tempore. neqꝫ in motiua poteſt ſubſiſtere. quia
motiua nullũ habet aliud officiũ/niſi vt ſit obediens
ad complendũ facto et opere quicquid rationalis eli
git aut diſcernit. ¶ Cauſa quare liberum velle ꝑma
net in potentia rationali/eſt hec: quia dum potentia
ſenſitiua et imagitiua obtulerunt aliquid rationali:
tunc ratiõalis diſcernit et ſpeculatur quicquid eſt in
eo boni/vel mali. et viſo tam bono q̄ꝫ malo et ꝑcepto
tunc ſentitur in homĩe libera voluntas/ ad faciendũ
bonũ vel malum. quando autem libera volũtas ſen
titur in homine: tunc potentia rationalis eligit illud
qđ mauult/ſiue bonũ fuerit/ſiue malũ. ac p̄cipit mo⸗
tiue potentie/ vt deferat ad effectum: quod ipſa pre
ceteris elegit. ¶ Suauis domine q̄ꝫ plurimũ miſeri⸗
cors et benigne/tibi honor/et reuerẽtia inſit ſemꝑ: q̄
hominem diſpoſitione tam mirabili ordinaſti. quia
ſicut ordinate poſuiſti meritum/quod cadit in homi
ne/in rationali potentia: ſic poſuiſti liberam volun⸗
tatem (que eſt in homine) in potentia rationali.
Quia ſicut intereſt nature meriti/ ꝙ nuſq̄ꝫ ſit niſi in
potentia rationali: ſic intereſt libere velle nature

humane/vt nuſq̄ permaneat niſi in rationali potentia. Unde iſtud eſt aptiſſime ordinatum: quia poſtq̄ cadit in hōie glorie meritū/ſiue pene (ratiōe libere volūtatis/q̄ eſt in hōie) oportet vt meritū ⁊ libera voluntas habeant idē ſubiectum: in quo ꝑmaneant et a quo habeant originem ⁊ proceſſum. Quia tanta eſt coniunctio et conuenientia/que eſt inter liberam voluntatem et meritum glorie/ſiue pene: ꝙ vnū non poteſt in hoc mūdo ſine reliquo ꝑmanere. nam vbicūq̄ eſt vnū iſtorum oportet ibi eſſe et reliquū. ⁊ hoc eſt/quia libera voluntas eleuata per gratiā eſt in eſſe ad hoc vt in homine cadat meritū: ⁊ meritū cadit in homine/quia voluntas libera eſt in eo adiuta ꝑ gratiam. ¶ Domine cuſtos noſter. tu ordinaſti vt citius ſit in eē meritū hominis q̄ opus ſenſuale: ꝓpter qđ homo/intellectuale meritū eſt acquirens. Et hoc eſt quia tu voluiſti vt rationalis potentia habeat prius in ſe ſenſum libere volūtatis: et poſtq̄ elegit et diſcreuit bonū facere ſiue malū/ſtatim acquirat ſibi meritum aut demeritū: et hoc tam in bonis operibus q̄ in malis. ⁊ poſt acquiſitionē meriti imediate potentia rationalis precipit motiue/vt deducat ad effectū hoc quod ipſa primū elegit. vnde ſecundū hoc oſtenditur: ꝙ citius cadit meritum in homine/q̄ effectus operis merito ferat lucrum. ¶ Mirabiliter ordinaſti domie deus: omnes actus et officia potentiarum anime. quia per ordinē/alie poſt alias ſunt in actu: ꝓut ordo exigit earū. ¶ Deus fons ſapientie emanantis tibi laus ⁊ gloria tribuatur. quia ꝓpter maximā ordinationem in qua hominē poſuiſti: ſequitur predeſtinationē non habere tantū poſſe in hominibus quātum ipſi attribuūt q̄plurimi infideles dicentes ꝙ imponit neceſſitatē actibus humanis. Quia cū in humana anima ſit citius actus libere voluntatis et meritū quod cadit in homine/q̄ ſit actus motiue potentie exterioris: ꝓpter hoc ſequitur ꝙ predeſtinatio non habeat illam coactionē in hominibus / quā plures credūt atq̄ opinātur. quia citius obligantur homines ad faciēdū bonū/⁊ ad malū euitandū ꝓpter liberam voluntatem (que in ipſis eſt) q̄ opus motiue potentie ſit in actu. vnde ſicut potentia rationalis eſt illa ad quā ꝑtinet voluntas libera/et a qua ſumit meritū cuiuſcūq̄: ſic motiua potētia eſt illa a qua inſtrumentaliter ꝓcedit quicquid eſt predeſtinatū hominibꝰ in hoc mūdo. ¶ Unde cum vnuſquiſq̄ obligetur citius ad faciendū bonū et ad euitandū malū q̄ opus motiue potentie ſit in actu: ꝓpter hoc ſequitur ꝙ nemo excuſatur vt nō faciat bonū et vitet malum ꝓut melius illud ſciuerit vitare. licet quilibet ſe qui habeat/et ducere ad actū quod ſibi p̄deſtinatum fuerit in hoc mundo/ſiue bonū fuerit ſiue malum: et hoc ſecundū ꝙ in tua preſcientia pater omnipotens eſt preuiſum. ¶ Domine deus qui vis in omnibꝰ iuſticiam obſeruari glorificetur nomen tuū. quia eo ꝙ poſuiſti in homine liberam voluntatem: ſequitur ꝙ vnuſquiſq̄ meretur gloriā vel penam ꝑpetuā in inferno. et niſi tu poſuiſſes in homine liberā voluntatem: ipſe dignus pena vel gloria non fuiſſet. Et cauſa quare cadit meritum in homine eſt hec: quia citiꝰ cadit in eo meritū boni vel mali/q̄ cadat in eo id ꝓpter quod homo peruenit ad quod eſt predeſtinatꝰ. quia meritū deſcendit a libera voluntate. et predeſtinatio procedit et peruenit in eſſe operis/ quod motiua potētia operatur: in hoc ꝙ peruenit ad id quod eſt ei predeſtinatum ſecundū ꝙ placet tibi deus. ¶ Si illi qui per predeſtinatiōem decipiūtur qui dimittunt et poſtponūt facere bona et vitare mala/ ꝓpter predeſtinationem cui attribuūt hoc quod non intereſt ſua: cognoſcerent iſtam ordinationē quā tu in quolibet homine poſuiſti/eo ꝙ prepoſuiſti meritū operi potentie motiue: ipſi nullatenus attribuerent predeſtinationi illā vim/vel illū vigorem quē ipſi attribuūt. imo eam vilipenderent / et nullo modo conſiderarent in eadē. ¶ Deus qui nature create dominaris/tua potētiſſima natura creatrice. quicūq̄ ſunt in errore propter predeſtinationem decipiūtur. quia attribuūt quod non eſt in ipſa libere voluntati: ignorantes virtutem ⁊ nobilitatē quam tu poſuiſti in eadem. Unde quia ipſi ignorant ea que pertinent ad liberam voluntatem: ob hoc contingit vt illi qui ſunt in errore predeſtinationis/non credāt ꝙ aliquis obligetur ad faciendum bonū / vel ad vitandū malum. aut habeat retributionem de operibus que peragit in hoc mundo. ¶ Illud quod confidentes predeſtinationem obcecat attribuentes libere voluntati qđ in ipſa non eſt: eſt quia ipſi dicūt ꝙ ſi libera voluntas eſſet in eſſe/homo eſſet potens facere contrariū huius qđ ab eterno in tua ſcientia eſt preuiſum. Unde quia ipſi aſſerunt et confirmāt ꝙ impoſſibile eſt aliquē poſſe facere cōtrariū huius/quod tu ſcis hominem eſſe facturū: ob hoc ipſi attribuūt non eſſe libere voluntati/aſſerentes non exiſtere liberū arbitrium ſeu etiam voluntatem. Aliud quod eſt in libera voluntate/quod ipſi aſſerunt non eſſe etiam/eſt auctoritas quā habet potentia rationalis in diſcernendo equitatem vel eius contrariū/anteq̄ motiua potentia exterior ꝑueniat ad operationē huius qđ eſt homini predeſtinatum. ¶ Unde aliud eſt illud quod eſt libera voluntas: et aliud eſt illud quod ipſi credūt eſſe liberam volūtatem. quia libera volūtas ſecundum veritatem non eſt res que poſſit de duobus cōtrarijs facere quod malit: imo eſt res quam quis ſentit in ſe habere libertatem faciendi de duobus cōtrarijs quod malit. et iſte ſenſus ſentitur ex toto liber in potētia rationali/a principio quo potentia rationalis incipit diſcernere hoc quod eſt bonū/et quod eſt ſiniſtrū vſq̄ ad finem: quando precipit motiue potentie vt ipſa hoc peragat quod diſcreuit ac p̄elegit.

¶Glorioſiſſime deus: qui nunq̄ꝫ derelinquis in tua
clemētia cōfidētes ꝓpt̄ liberū ſenſum quē homo ſen
tit in ſua libera volūtate. quia ſentit eē in eo liberam
volūtatē/in faciēdo bonū aut malū: ob hoc cadit in
homīe meritū glorie/vel obligatio pene. quia poſtq̄ꝫ
ſequit̄ illud qḋ fit in potētia motiua exteriori: ꝯtigit
neceſſario illud qḋ de neceſſitate oportet contingere
qḋ eſt preuiſum in tua p̄ſciētia ab eterno: tamen ipſa
tua p̄uiſio nō infert coactionē homi/ſed liberā volū
tatem. Unde cū homo ſit in tali ordinatiōe cōſtitu-
tus: ſequit̄ ꝙ vnuſquiſqꝫ eſt creatus a te/in aptiſſima
diſpoſitione diligendi te/et glorificandi/⁊ exaltandi
ꝑpetuo nomen tuū: ⁊ illud patefit. quia omnes tenē
tur generaliter ad peragendū bonū/⁊ ad vitandum
malum: licet predeſtinatum ſit vnicuiqꝫ quicquid ab
eo eſt toto vite ſue tempore peragendū. ¶Tibi dn̄e
laus et gloria. quia ſicut tu illuminaſti mundū ꝑ cla
ritatem ſolis/lune/et ſyderum: ſic illuminaſti et ordi
naſti hominē per liberā volūtatem. quia cauſa ipſiꝰ
eſt vnuſquiſqꝫ paratus acquirere meritum glorie vel
pene. ¶Deus omniū gentiū dominator: tu ordina-
ſti vt natura non compellat/ſiue cogat rationale ani
mal: ſicut compellit cetera animalia carentia ratiōe:
que coacte et cōpulſe oportet ſecūdum curſum ince-
dere naturalē/quia carent libera voluntate. Nā quia
dediſti homini liberam voluntatem / ob hoc accidit
ipſum habere liberum arbitriū/incedendi ſecundū
ſenſum et proprietatem quā natura ei tribuit: vel in-
cedēdi per ſuū contrariū ſcilicet contra curſum natu
ralem. nam ſi natura ſibi exigat vt comedat propter
famem/⁊ bibat propter ſitim: ſi ipe voluerit comedet
atqꝫ bibet: vel ſi voluerit fameſcet ⁊ ſitiet/a cibo abſti
nens atqꝫ potu. ſed non eſt ſic de alijs animalibus ir
rationalibus. quia cū voluntas libera non ſit in eis:
ob hoc ipſa faciunt ſecūdū ſenſum qui naturaliter in
eſt eis. ¶Unde ꝓpter liberā voluntatē que eſt in ho
mine: ipſe peculiarē habet naturā /qua natura carent
cetera animalia. nam de animalibus irrationabili-
bus ſequitur ſecundū curſum naturalem: vt genitū
aſſimiletur mari/vel femine: ipſum in ſuis accidenti
bus generanti. ita ꝙ ſi maſculus vel femīa a quibus
habuit originem ſit bonus: ſimiliter pro maiori par-
te genitū erit bonū/⁊ ecōuerſo. ſed non eſt ita de ho-
minibus: quia quādoqꝫ nequā parentes optimū fi-
liū generant. iuxta illud. Sepe creat pulcras aſpera
ſpina roſas/⁊ ecōuerſo. quare benedictū ſit dn̄e no-
men tuū. quia hoc ineſt homibus ratione libere volū
tatis. quā dediſti eis: vt acquirant ſibi meritum glo-
rie: vel dānationis ꝑpetue gehennalis ratione cuiꝰ
demeriti cognoſcitur et oſtenditur rectum iudicium
tui deus.

¶Qualiter deus ordinauit ꝙ omnia bona
procedant ab ipſo.

DEus ſub cuiꝰ cuſtodia ꝓtegimur ab
inſidijs inimici: tibi omnis virtus/ et
gloria tribuatur. qui ordinaſti hac di-
ſpoſitione totū mūdum/vt omnia bo
na que ſunt vel poſſunt eſſe procedāt
et deſcendant tm̄ a tua virtuoſiſſima
perfectiſſimaqꝫ bonitate. ¶Domine deus. eſſe qḋ de
diſti homī/eſt optimū reſpectu priuationis: que nul
lū bonū habet. vnde eē humanū ꝓceſſit a muneris
largitate: quia prebuiſti eē elementis ex quibus ho-
mo componitur. et tu dn̄e creaſti virū et mulierem/a
ſpecie quorū ordinaſti vt ceteri haberent originem
in hoc mundo/qui perfruerētur bonis a tua procedē
tibus bonitate. ¶Tu pater ingenite: creaſti metalla
vegetabilia/⁊ animalia bruta: que ſunt bona tēpora
lia homibꝰ in hac vita. ⁊ dediſti illis ea ꝓ libito ſue
volūtatis: et oīa iſta bona (vt patet omnibus) a te ſolo
fonte luminū ꝓceſſerūt. ¶O ſumū omniū culmē re
rum/maiora bona ⁊ meliora q̄ poſſunt eē in homibꝰ
ſcimus ⁊ ꝑcipimꝰ iſta eē: vt tu bn̄dicaris ab eiſdē/ve
nereris/metuaris/glorificeris: ⁊ ſic de ſilibꝰ. ⁊ nulla
alia bona p̄nt iſtis aliq̄tenꝰ ꝯpari. Unde cū tibi lau-
des impēdere a q̄cūqꝫ/ſit malus bonū qḋ in homibꝰ
poſſit eē: oportet vt iſtḋ tātū bonū oriat̄ a te: et nō ab
aliquo alio. q̇a a te decet ipm̄ ꝓcedere/⁊ ad te redire.
⁊ in te facere ꝑpetuā māſionē. ¶Manifeſte ꝓbat̄ ꝙ
quicq̇d honoris et boni ineſt hominibus/ineſt eis q̇a
tu nobilitaſti eos pre ceteris creaturis/⁊ finalit̄ eos
ita tenere dilexiſti/ꝙ voluiſti effici verꝰ homo/⁊ poſt
ea ſubijſti pro eis mortem vt eos ab inimici redime-
res poteſtate: que vniuerſa procedunt a tue influen-
tia bonitatis/quia tantū bonū nō poſſet oriri vl' deri
uari ab aliqua creatura. ¶Glorioſiſſime deꝰ q̇ cun-
cta cōſpicis ab et̄no: tibi honor et reuerētia īſit ſemꝑ
quia oīa bona/q̇bus alij alios in ſuis neceſſitatibus
iuuant: et ſibiīuicem miniſtrant: procedunt a tua lar-
giflua bonitate. ſine te enim factum eſt nullū bonū.
Nam voluntas quā habent poſſidentes bona tēpo-
ralia ad erogandū pauperibus tuis deus/⁊ cōpaſſio
quā habent alij de miſerijs alioꝝ/⁊ charitas q̄ viget
ſiliter īter eos: oīa iſta bona a te ſolo creatore omniū
oriūtur. q̇a tu miniſtras diuitibꝰ bona tēporalia huiꝰ
mūdi vt pias elemoſynas erogēt pauperibus ⁊ ege-
nis: miniſtras eis etiā pauperes/quibus p̄dicta bo-
na valeant erogare. ¶Nullo modo q̇s debet p̄ſume
re ꝙ aliqḋ bonum ꝓcedat ab aliquo/niſi tm̄ a te deo
bonoꝝ omniū largitore. q̇a niſi tu dares hominibus
modū/⁊ ꝓprietatē faciendi bonū: nūq̄ꝫ illud ꝑ ſe poſ
ſent facere. ⁊ niſi tu eiſdem cōferres bona tēporalia/
q̇bus ipſi bonū facerēt: ipſis abeſſet materia illḋ bonū
faciendi. ⁊ niſi tu ſimiliter ordinares / vt eſſent iſtorū
bonoꝝ tēporaliū receptores: nō eēnt quibus cōferri
poſſent in hoc ſeculo iſta bona. ¶Miſericors dn̄e
et ſaluator. bonū qḋ ineſt iuſto homini/nō habet illḋ

a ſeipo:ſed ſolū a te a quo q̇cq̇d boni eſt/ꝓcedit.q̇a ſi
ipe te diligit et honorat cognoſcēs tuā maximā bo=
nitatē/ſuāqꝫ percipiens miſeriā ⁊ fragilitatē: id non
ineſt ei ex ſe:ſed de tue influentia bonitatis. quia niſi
tu ſibi infunderes illud bonū:ad eū nullatenus de=
ueniret. ¶Nam niſi tu poſt creationē homīs in eo
poneres tuā gratiā et iuuamē/ ſed ſua natura ꝑmit=
teres eū vti/que ineſt ei a parte ꝓuationis: nūq̄ꝫ ho=
mo ꝑ ſe faceret vllū bonū/imo eſſe ſuū deleret̄ et redi
geret̄ ad nō eſſe.⁊ licet tu dn̄e in eē hominē ſuſtine=
res:tamē parū faceret bonū:niſi tu ſibi bona gr̄e lar=
gireris.¶Omnes generalit̄ ſuſtinent̄ in eē/a tui dn̄e
bonitate:ſed aliqui ſunt q̇ incedūt ꝑ curſum ſue ꝓp̄e
nature/⁊ tales ſunt illi qui credūt eſſe in maiori ⁊ al=
tiori gradu honoris et bonitatis/q̄ꝫ ſint.quia ipi cre
dunt ꝙ ꝑ ſe ſint boni/et in veritate fit omnino modo
cōtrario.quia ipi de ſe mali ſunt et ꝑuerſi.ſed illi qui
ſunt beneficiati tu e muneribꝰ gratie:ſunt illi qui co=
gnoſcūt ꝙ quicq̇d boni ineſt eis/ꝓcedit a tua largi=
flua bonitate:⁊ malum qḋ ineſt eis ꝓuenit a ſeipis.
¶Singularis dn̄e refugiū miſerorum.tibi laus/ho
nor/et reuerentia tribuatur:ꝓpter bona gratuita tē=
poralia/īter cetera nobis data.et preſta nobis gratiā
vt ipi ſimus contenti dū vixerimus in hoc mundo.
Quia tu pater miſericors:prebes hominibus ꝓprie
tatem/qua ſciant recipere bona a creaturis:quas eo
rū ſeruitio ſubdidiſti.et ſicut appropriaſti hominibꝰ
naturam qua ſciant recipere bona a creaturis: ſic ap
propriaſti ꝓprietates creaturis/quibus ſe preparent
et ſe reddant idoneos ſeruitio eorūdē.¶In hoc oſtē
ditur pater piiſſime:ꝙ non eſt alius deꝰ preter te. q̇a
abſqꝫ te non poſſent habere homines bonū aliquod
a bonis tēporalibus in hoc mūdo.nam nec ipſi per
ſe illis poſſent vti:cum non poſſent ea aliquatenus
acceptare.nec bona tēporalia poſſent ſe appropriare
aut adaptare vt prodeſſe hominibus per ſe poſſent.
¶Deus qui noſtrā fragilitatem ſubleuas/ꝑ tuorum
munerū largitatem:tibi virtus et benedictio agno=
ſcatur.quia ſūma bona que tu largiris in gloria pa
radyſi/ſolū oriuntur et prouenlunt a te ſolo: cum illa
eterna requies et ſūma delectatio (que non debet ali
cui in hoc ſeculo comparari)ſit ſolum te perfui / com
templando.¶Cauſa quare bona celeſtis patrie/a te
ſolo habent originē et ꝓceſſum/eſt: quia bona cele=
ſtis patrie ſunt ꝑpetua ſine fine. Unde cū nichil ſit
infinitū preter te:ob hoc ꝓbatur patenter ꝙ bona ce
leſtis patrie procedūt a te ſolo.Et maxime quia bo=
na glorie nichil aliud ſunt/niſi preſentatio iuſtis ibi
exiſtentibus:tue glorioſe eſſentie/et tue cognitio bo
nitatis ⁊ cet̄a.¶Dn̄e deus:cuius gloria eſt iuſtis re
quies ſine fine.omnibus poteſt conſtare ꝙ iſtud bo=
nū qḋ ineſt homini (cū ei datū ſit eē humanū : et non
eſt in priuatione eſſendi aut in eſſe aliorū animaliū)
a te oritur ſolūmodo/et procedit. ¶Et niſi tu pater
piiſſime in eē humano(in quo eſt)hominem ſuſtine
res/ipſe ſubito rediret in nō eē:et ita nichil eēt in re=
rū natura/⁊ poſtq̄ꝫ non eſſet in eē/nullum bonū exi=
ſteret in eodem.¶Iſtud idē ſequitur de bono quod
ineſt homini:cauſa bonoꝝ operū/que ipſe facit.quia
niſi illud bonū oriretur a te/non poſſet eē in homīe.
et niſi ſimiliter ſuſtineret̄ in eſſe a te/deleretur ⁊ ad ni
chilū redigeretur:⁊ ita ſequitur ꝙ nullum bonū ſit in
eſſe/niſi ꝓpter te ſolum. ¶Eterne deus ſine princi=
pio et ſine fine:tibi omnis virtus et reuerētia prebea
tur/cum tu ſis ꝑfectio totius bonitatis.quia nullum
bonum poteſt eſſe in eē:niſi cauſa tui/ et tue ordina=
tionis. Quare quicq̇d boni ineſt hominibus et cete
ris creaturis/ratione ordinatiōis et aptiſſime diſpo
ſitionis firmamēti/⁊ quatuor elementoꝝ:totū ema=
nat et oritur a tue influentia bonitatis. quia tu ordi
naſti vt q̇cūqꝫ ſūt ī firmamēto/⁊ ī q̄tuor elemētis ſint
aptiſſime ordiata.⁊ ordinaſti ſil'iter ꝙ q̇cūqꝫ ſunt in
hoc ſclo hūano ſeruitio deputēt̄: ⁊ hūana ſpecies ſer
uiat tibi ſoli.et ſic oē bonū ꝓcedit a te ſolo et reuertit̄
ad te ſolū. ¶In hoc pater omnipotens/ꝙ tu nobi=
litaſti hominem tanto munere gratiarū:contingit vt
in poſſeſſione ipoꝝ bonoꝝ tēporaliū(q̇ diuerſis mo=
dis a diuerſis hominibus poſſident̄) eſt aptiſſima
ordinatio a te facta. quia in poſſeſſione ipſoꝝ bono
rum / alij alios adiuuant. nam agricole colūt agros
quorum cultura ſuſtentant̄ / et viuūt ceteri non colē
tes : et equitibus dediſti officiū ſiue dignitatē/ agri
colas et viatores et quoſuis alios defendendi. et re=
ges/principes/et alios barones facis ſuis ſubditis
dominari:vt reddant vnicuiqꝫ qḋ eſt iuſtum. et ſic de
ceteris dignitatibus/et officijs.quia omnia reſpecti
ue ad bonū/adinuicē ſunt annexa. ¶Exaltetur no=
men tuū deꝰ/per omnes huius ſeculi nationes.quia
dilectio/honor/dignitas/⁊ reuerentia/ac exaltatio:q̇
omnia humana ſpecies eſt aſſecuta : quia humanā
carnem ſumere voluiſti/omnia hec predicta inſunt
ei gratioſe : et a te ſolo omnia iſta bona et he gratie
proceſſerūt.¶Unde maximā exaltationē / honorē/
libertatē/et cetera bona aſſumpſit humana ſpecies:
quando tu deus verus homo effici voluiſti . volens
carnem humanam aſſumere in vtero beate virginis
glorioſe.¶Specialiter quilibet chriſtianus tenetur
te diligere quantū poteſt:et plus etiam ſi vltra ſuum
poſſe eēt poſſibile te amare.quia iſtud tantū bonum
qḋ ineſt ſpecialiter chriſtianis : eo ꝙ voluiſti effici ve
rus homo:totum ineſt eis cauſa tui ſolius et nō alte
rius : quia ante aſſumptionem tue carnis humane
(ꝓpter peccatū originale)oēs deſcendebant genera
liter in infernū:a quo humanā ſpeciē nichil aliud po
tuiſſet purificaſſe atqꝫ liberaſſe:niſi ſolū tu vere ho=
mo/et vere deus:qui noſtre miſerie cōpaſſus es. vn=
de ex hoc letetur tota chriſtianitas: quia tu nō alios
a penis gehēnalibus liberaſti:niſi ſolum illos qui te

verum hominē credunt eſſe. ¶ Juſte dñe/qui reſpōdes cuilibet ſecundum ſuorum operum merita i hoc ſeculo acquiſita. iſta illuminatio que ineſt catholicis quia credunt te conceptum ex ſancto ſpiritu/ꝛ carnē humanā in vtero beatiſſime virginis aſſumpſiſſe: ꝛ alios articulos fidei orthodoxe: proceſſit a te fonte luminum a quo bona cuncta oriuntur/ꝛ omnia pertinentia ad tuam humanitatem fuerunt a prophetis pluribus prenunciata. ¶ Quia tu inſpiraſti prophetas/ad prophetizandum ea que de tua humanitate/ et deitate predixerunt. ꝛ euangeliſtas ad euangelizādum ea que in ſuis de te euangeliis retulerunt. et ſic omnia bona que inſunt nobis: a tue bonitatis eminentia deſcenderunt ¶ Unde cum omnia bona huius ſeculi: ꝛ alterius a tua procedant ſolummodo bonitate: decens eſt ꝛ conſonum rationi: vt generaliter omnes homines tibi ſeruiāt / te adorent/ꝛ tuum nomen glorificent ꝛ exaltent. recognoſcentes ꝙ tibi ſoli debet omnis laus/gloria/honor/reuerentia/atq̄ virtus. qui es omnium verus deus.

¶ Qualiter deus ordinauit ꝙ nullum malum procedat vel proceſſerit ab eo.

DEus qui reſpondes iuſte meritis cuiuſcunq̄: benedictum ſit glorioſiſſimum nomen tuum. quia tu ordinaſti vt omnia mala diuidant in duas partes/in malum culpe ꝛ malum pene. ꝛ ordinaſti ꝙ malum culpe non habuerit a te originem: vel proceſſum: ſed permiſiſti vt a noſtra fragilitate ſumpſerit originem: ꝛ in eſſe deuenerit propter eam. ſed hoc ordinaſti vt malum pene a te hominibus infligatur. ¶ Unde malum/ſiue paſſio que eſt i nobis ratione famis/ſitis/caloris/frigoris/ et infirmitatum/ꝛ ſic de aliis: ineſt nobis a tua iuſta ſententia que condemnat nos ad patiendum penā ratione culpe que cadit in nobis. ¶ Sed malum culpe ſiue criminis. ſicut eſt ſuperbia/ira/inuidia/homicidium/proditio/ignorantia/luxuria: ꝛ ſic de aliis viciis: oīa iſta cadunt in homine cauſa ſue nature fragilis et miſere: a qua predicta oīa mala deriuantur. ¶ Pater miſericors deus: oīa mala culpe que iſunt demonibus: ab eiſdem tantūmodo proceſſerunt/et nullatenus a te deo. quia quando demones per ſupbiam peccauerūt: illud peccatum ſuperbie proceſſit ſolummodo ab eis: eo ꝙ ipſi nō reddiderūt tibi gratias de gratia eis facta quando eos in eſſe angelico creaſti ¶ Nam maxima abſurditas fuit iſta/quando ipſi conceperūt in ſe tantam elationē ꝙ voluerunt et cupierunt eſſe ſimiles tibi deo: non agentes gratias tibi. quia tu eos de nichilo procreaſti/ ipſos faciens creaturis ceteris digniores. vnde propter peccatum ſuperbie/que tunc in ipſis cecidit: cecidit in eis accidentaliter malum culpe. Quia voluntas quam demones habuerunt/quando voluerunt ſimiles eſſe tibi: habuit initium in ſeipſis: ꝛ ab ipſis ſolis tunc orta fuit: ꝛ manſit etiam in ipſis. quia ipſi voluerunt ſicut tu ſe habere. ꝛ quia in ipſis fuit illa voluntas cōtraria rationi: ob hoc tale peccatum ab ipſis fuit demonibus inchoatum: ꝛ in ipſis fuit poſtea pſeuerās. quare patet ꝙ tu minime fuiſti culpabilis in peccato culpe demonum quod admiſerunt. ¶ Deus ad cuiꝰ perfectionem nichil deeſt. malum culpe qđ ineſt michi ab origine mea: proceſſit a peccato prothoplaſti quod ineſt generaliter omnibus hominibus. q̄a omnes ſunt ab eius recto ſtipite deſcendentes ¶ Unde benedictus ſis tu pater miſericordie: qui taliť hoīem ordinaſti. quia potentia ſenſitiua que eſt in homine eſt ei cauſa et occaſio/ vt inclinare et ſubdere poſſit ſe peccato. nam ratione ipſius ineſt homini proprietas qua inclinet ſe ad vanitates huius ſeculi. ¶ Et ratione potentie rationalis ineſt homini cauſa ꝛ occaſio vt inclinet ſe ad tuorum obſeruantiam preceptorum: ꝛ ad contemnendum huius ſeculi vanitates. quia talis eſt ſua proprietas vt faciat hominem te diligere/metuere/ꝛ laudare. ¶ Congrua eſt ordinatio mundi deus: cum tu ordinate poſueris in hoīe potētiam rationalem/ꝛ potentiam ſenſitiuam. ꝛ moderatur ſic quelibet in ſuo robore ꝛ natura: vt a neutra cogatur homo dummodo velit. propter hoc ſeq̄tur ꝙ malū culpe procedit ab homine: ꝛ non a te deo oīm creatore ¶ Et q̄a iſte due potentie ſunt quaſi cōtrarie operatione: ob hoc ſentit in ſe quilibet liberam voluntatem/poſſe bonum facere ſiue malum. Quia inquātum potentia ſenſitiua offert homini occaſionem faciendi malum: intantū dat ei rationalis potētia voluntatem faciēdi bonum/et ediuerſo. ¶ Sigularis dñe/mitiſſime/ꝛ benigne quādo creaſti primū hominē ꝛ dediſti ei bonū vel malū faciendi liberā voluntatem: potentia ſenſitiua vicit in eo potētiā rationalem. quia propter cupiditatem comedit ꝓhibitū ſibi fructum: ꝛ fuit inobediens tuis iuſſis. ¶ Unde dñe tūc cecidit in ꝓthoplaſto accidentaliť malū culpe ꝛ criminis: ſui ipſiꝰ tm̄modo ratione. q̄a ſicut fuit potens ſequi naturā potētie ſenſitiue: ſic ꝛ naturam rationalis potētie ſi voluiſſet ſeq̄ in oībus potuiſſet poſtq̄ eandē poteſtatē habebat in ea quā ꝛ in potentia ſenſitiua ¶ Et q̄a primꝰ homo noluit ſe bono ſed malo potiꝰ iclinare: ob hoc ꝑ ſeipm̄ cecidit in peccatū. ꝓpť qđ tu ordinaſti: vt caderet i eo pena q̄ eū puniret vehemēter ob peccatū: vt tu in eo iuſticie redderes iura ſua. q̄obrē ꝓbať peccatū nō habuiſſe a te originem: quāuis tu creaueris potētiam ſenſitiuā: imo incepit i primo homine. quia voluit ſequi naturam potētie ſenſitiue: q̄ a nō eſſet priuatione ortū habuit ac ꝓceſſum. ¶ Deꝰ oīa pſciēs ab eťno. ſepe ꝛ ſepius

cogitaui vtrū malū culpe qđ cecidit ĩ adam ceciderit
in eum cauſa tue preſcientie. quia tu precepiſti ei vt il
lo fructu nullatenꝰ veſceretur: et ſciebas illū eo veſci:
licet tu ſibi ex illo comedere prohiberes. ¶Et perce
pi veriſſime ꝙ licet tu ſcires adam eſſe ex illo fructu
ſibi prohibito comeſturum: quāuis ei mandatum
contrarium tribuiſſes. hinc malum culpe quod ceci⸗
dit in adam/a te nullatenus fuit ortum. neqꝫ ſue trāſ
greſſionis reus ſeu culpabilis extitiſti: imo quicquid
in eo mali cecidit totum originem habuit a ſeipſo:
ob hoc quia tuis mandatis noluit obedire. ¶Cau⸗
ſa quare intelligitur ꝙ peccatum originale peruenit
in adam a ſeipſo tantum/⁊ non a te/eſt hec. q̇a quan
do tu creaſti eum tu poſuiſti in eo potentiam ſenſiti⸗
uam et rationalem temperate. ⁊ ita quando poſuiſti
eum in libertate faciendi bonum vel malum perue⸗
nit in actum malum culpe: ſcilicet peccatum qđ non
erat in humana ſpecie anteqꝫ libertas primo homi⸗
ni eſſet data. ergo peccatum non recepit eſſe ante eiꝰ
libertatem/ſed poſt. vnde data primo homini liber⸗
tate ipſe exiſtens in eadem ſe ſubdidit ad peccandū.
et ſic peccatum incepit prius in actu potentie moti⸗
ue: que propter mandatum potentie rationalis mo⸗
uit ſe ad comedendum pomum ſibi a te inhibitum.
¶Domine deꝰ: qui vlciſceris malefacta. multotiens
imaginatus ſum mecum ⁊ ſepiꝰ cogitaui: vnde ſeptē
peccata mortalia que cadunt in hominibus habue⸗
runt originem vel proceſſum/et vnde etiam ſuū pri⸗
mum principium habuerunt. et percepi veriſſime ꝙ
predicta ſeptem peccata inſunt hominibus: quia ipſi
ſe inclinauerunt proſequi naturam potētie ſenſitiue:
naturam rationalem proſequi poſtponentes. vnde
ſicut tu dñe deus/ poſuiſti in primo homine tempe⸗
rantiam rationalis potentie/⁊ temperantiam equa⸗
liter ſenſitiue: ſic debitam temperātiam in quolibet
poſuiſti. quare ſicut peccatum in primo homine fuit
natum: ſic mortalia peccata in quolibet oriuntur. et
hoc ſemper quando eſt inobediens rationali poten⸗
tie ⁊ rebellis: et amplectitur naturam potentie ſenſi⸗
tiue. ¶Sicut eſt īpoſſibile vt in equore non ſit aqua
ſic eſt impoſſibile/⁊ plus etiam ſine comparatione
aliqua/vt a te peccatum aliquod oriatur. quia ſicut
mare eſt plenum aqua: ſic es tu plenꝰ ⁊ perfectus ple
narie bonitate. et poſtqꝫ tu es perfectiſſime bonita⸗
tis: probatur ꝙ peccatum non poteſt a te aliquatenꝰ
prouenire. quia peccatum ex defectu prouenit boni⸗
tatis. veritas interrogauit animam meam dicēs ei:
vnde hoc prouenit tibi: ꝙ per teipſam reputas te eē
bonam: et credas eſſe per te ſolūmodo virtuoſam: et
animā mea reſpōdit ei: certe iſta falſa reputatio que
in me eſt/prouenit michi ex natura nō eſſendi. a qua
ego prius ortum habui/⁊ proceſſum. quia de nō eſſe
perueni in eſſe. et ſicut de nō eſſe deueni in eſſe: ſic eſt
de natura mea: vt credat in ea eſſe quod nullatenus
poteſt eſſe. ¶Mirabiliter pater omnipotens: eſt cō
ſonum rationi/ꝙ ſicut homo melioratur ⁊ nobilita⸗
tur quando te diligit ⁊ honorat/ ⁊ quando ſeipſum
(quantum in ſe eſt) vituperat et contemnit: ſic ſem⸗
per deterioratur ⁊ vileſcit/ quando ſibiipſi aliquam
dat virtutem/credens ꝙ ratione ſuiipſius in aliquo
conſtituatur bono. ¶Cauſa quare congruit rationi
vt qui ſibi attribuit quod non decet: deterior efficia⸗
tur quotidie ⁊ vileſcat/eſt iſta. q̇a credit ſe poſſe trāſ⸗
gredi in valorem vltra ſibi a te terminum prefinitū.
¶Unde benedictꝰ ſis tu creator omnium: qui tam
mirabili ordinatione omnia ordinaſti. Quia ſicut fe
lices perueniunt ad celeſtem gloriam: eo ꝙ tibi attri
buunt quod tue congruit bonitati: ſic infelices pue⸗
niunt ad penas perpetuas gehennales. quia ſibiipſis
attribuūt quod non decet. ¶Deus a quo nichil niſi
optimum deriuatur: tibi laus/⁊ virtus/ quia ſi con⸗
tingeret (quod abſit) vt peccatum a te procederet: nō
oportuiſſet te carnem humanam a ꝟgine aſſumpſiſ⸗
ſe. nec paſſiones aliquas paſſum eſſe: vt humanam
ſpeciem recreares. neqꝫ neceſſarium fuiſſet te ſimilr̄
dediſſe homini liberam volūtatem: vt per ipſam glo
riam/vel penam perpetuā mereretur. ¶Quia poſtqꝫ
tu nullam faceres differentiam inter bona opera/et
peccata: non oportuiſſet te in hoc ſeculo vel alio ali⸗
quid ordinaſſe. quia tam bonos qꝫ malos poſſes pa
radiſi vel inferni facere poſſeſſores quando auferres
iuſticie iura ſua. ¶Sed ſicut eſt impoſſibile ꝙ tua eſ
ſentia deueniat in non eſſe: ſic eſt impoſſibile ꝙ ali⸗
quid contrarium rationi/a te pater omnipotēs oria
tur. quia quod abeſt tibi nequit vllatenus in te eſſe.
¶Rex regum domine deꝰ: qꝫ crudeliter flagellabū
tur illi infelices: qui credunt ꝙ malum culpe a te pro
uenerit tāqꝫ ab illo a quo dicunt originem habuiſſe/
et per voluntatem cuius deductū eſt in eſſe. quia ſem
per ſicut tu glorificaris a gentibus benediceris ⁊ lau
daris: quādo tibi attribuunt virtutes ⁊ bona que ꝓ⸗
uenerunt a tue largifluentia bonitatis. ſic ab eis con
temneris ⁊ vituperaris/quando dicunt vel credunt
a te aliquod vicium proceſſiſſe ſiue culpa. ¶Si vi⸗
cium aliquod vel culpa (quod abſit/⁊ abeſt) a te pro⸗
cederet/qꝫ magnum eſſet/⁊ qꝫ omnia bona que ſunt
in te turpiter defedaret. quia quanto quis melior eſt:
tanto in eo vicium peius ſedet. vnde infeliciſſimus
poteſt ab omnibus iudicari qui credit a te deo viciū
oriri aliquod magnum ſiue modicum. ¶Laus ho⸗
nor/⁊ gloria: tibi ſit altiſſimo creatori. qui es digna⸗
tus tantam gratiam infundere fidelibus chriſtianis
vt ipſi credant omnia bona a fonte tantū tue proce⸗
dere bonitatis. et credant vt nichil mali poſſit oriri ſi
ue voluntate/ſiue opere/a te deo.

¶ Qualiter incarnatio filij dei fuit ordinata.

DEus qui ꝑ aſſumptionem carnis humane/humanum genus a poteſtate diaboli redemiſti: tibi virtus/⁊ gloria quia tua benedicta humanitas quā in vtero beate virginis aſſumpſiſti mirabiliter fuit ⁊ rationabiliter ordinata. quia anteq̃ tu carnem humanam aſſumeres: voluiſti habere cauſam ⁊ occaſionem carnem humanā rationabiliter aſſumendi. ¶ Cauſa/ratio/et occaſio quam tu habuiſti in aſſumēdo carnem fuit. quia humanum genus per inobediētiam primi hominis ceciderat in peccatum. quapropter omnes ante tuum aduentum in carnem: ad inferos deſcendebant. vnde quatinus tu humanum genus a tanta voragine liberares: voluiſti verus homo effici in hoc mundo. ¶ Quare patet cauſa et ratio tue carnis aſſumptionis: quia ſicut fuit maxima neceſſitas humano generi tua recreatio: ſic fuit maxima cauſa ⁊ ratio tue carnis aſſumptio quam pro redemptione eius ſubditi poteſtati diabolice/aſſumpſiſti. ¶ Deus qui per benignitatem tuam ſpeciei humane deſcendētis ad inferos/es miſertus: ſic ordinata ſunt ⁊ diſpoſita omīa facta tua: vt tu volueris denunciare aduētum tuum in carnem per prophetias pluriū prophetarū. ¶ Itē tibi placuit ordinare ꝙ eſſet ī hoc mundo mulier ſanctiſſima ꝟgo īcorrupta: ⁊ ſine aliquo vicio: a qua ſine eius corruptione virginitatis humanam aſſumere poſſes carnem. ordinaſti etiā vt ipſa eſſet de tali progenie que tibi lege/credulitate / ⁊ operibus adhereret. ¶ Tu ergo ordinaſti dn̄e deus/vt beata ꝟgo fieret digna / vt carnē humanam ſuſciperes ab eadem. quia cum ipſa eſſet legi ſubdita: bonis operibus abūdaret/⁊ eſſet virgo corde et opere: fuit decens vt tu in ea ex ſancto ſpiritu eſſes cōceptus. ⁊ vt eam oſtenderes digniorem: miſiſti ad eam angelum gabrielē/ vt ipſa fidem ſuis verbis firmiſſimā adhiberet. quia quāto ipſa melius credidit ſalutationi angelice ⁊ diuine potentie: promptior fuit et dignior: vt carnē ſumeres ex eadem. ¶ Deus qui per īcarnationem tuā nos a morte perpetua liberaſti: tibi laus ⁊ gloria. q̄a tu preelegiſti meliorem/puriorē/honeſtiorem/⁊ magis virtute preditam mulierem quā in toto orbe cōperiſti. ī cuius vtero ſumere poſſes carnem quam te per gratiam ſancti ſpiritus concipere voluiſti: vt purior ⁊ ſanctior incarnatio tui: ⁊ conceptio ſimul eſſet ¶ Dn̄e ieſu chriſte: ſicut tota tua īcarnatio fuit ꝑ ordinem aptiſſime ordinata: ſic aptiſſime ordinaſti: vt beata ꝟgo te ꝑ nouē mēſes ī vtero baiularet ſicut ſuā prolē baiulant cetere mulieres. ⁊ voluiſti per ordinē eſſe natus: ⁊ etatem ſeruare in oībus puerilē. ¶ Niſi aduentus tuus in carnem/ſic curſum naturalem/et ordinem ſequeretur: te verum deum ⁊ hominē gentes manifeſte cognouiſſent. ⁊ ſic ad recreandam naturam humanam: aduentus tuus fuiſſet minime ordinatus. quia nemo fuiſſet qui te interfeciſſet: ſi te taliter gentes verum deum ⁊ verum hominē cognouiſſent. ¶ Deus vera conſolatio miſerorum: tua īcarnatio fuit cauſa ordinarie exaltationis humani generis. quia niſi tu carnem humanā aſſumpſiſſes: noſtra natura non eſſet in tante nobilitatis gradu/ nec honoris/ſicut eſt ī hoc ſeculo decorata. ¶ Unde cauſa aſſumptionis tue carnis humane/ eſt tota natura humana ineſtimabiliter exaltata. ⁊ ratione tue bone conuerſationis ī operibꝰ ⁊ exēplis que nobis in hoc ſeculo reliquiſti: efficiuntur homines meliores q̃ eſſent niſi eos exemplis et operibus docuiſſes ¶ Domine ieſu chriſte mors quam in ligno crucis paſſus fuiſti ꝓ hūano genere redimēdo: fuit valde ratiōabiliter ordinata. nam quia poſt mortem tuam aſcendiſti ad gloriam patris tui vbi nobis locū requiei perpetue preparaſti: fuit tota humana ſpecies recreata. vnde benedictus ſis domine ieſu chriſte. quia in hūc mundum ordinatiſſime aduениſti/et ab eo ordinatiſſime diſceſſiſti. ¶ Mirabilis bonitatis deus: tanta eſt ordinatio que ex tua incarnatione ſequitur: vt ratione tui aduentus in carnem/vnuſquiſq̧ poteſt melius mortificare in ſe naturam potētie ſenſitiue (quā quiſq̧ habet in diligendo plus ſeipſum q̃ ſuum proximum) q̃ poſſet/niſi tu carnē humanam aſſumpſiſſes: et niſi tu ꝓ redemptiōe noſtra finaliter mortem obiiſſes. ¶ Cauſa quare quilibet poteſt melius compeſcere naturā ſenſitiue potētie eſt iſta: q̄a quādo aliquis vere cogitat magnitudinem amoris et dilectionis quam tu humano generi habuiſti: vt aſſumendo ſuam ſpeciem/ei ſimilis eſſe volueris. ⁊ finaliter pro ſua ſalute mori in patibulo ſancte crucis: ſemper eſtimat ſe plus debere te diligere: q̃ ſeipſum: et hoc propter tantam gratiam ineſtimabilem ſibi factam. ¶ Unde niſi homo recoleret: vel cogitaret amorem et gratiam ſibi factam: nullus eſſet ita potens vincere naturam potentie ſenſitiue/ſicut eſt nunc quando predicta recolit in mente ſua. vnde benedicta ſit tua ordinatio: que ita bene ordinauit: vt quis ſeipſum vincat/quando veriſſime tuam cogitat bonitatem. ¶ Deus qui contritorum cordibus miſereris. tu voluiſti carnem ſumere de paupercula muliere: et ex ea naſci: vt gentes cognoſcerent vniuerſe te non veniſſe in hunc mūdum vt bonorum temporalium eſſes diues: ſed vt pauper exiſteres in eodem: et vt vilipendereris / a pluribus derideres / et opprobria q̃plurima patereris. et vt finaliter in eo pro redemptione humani generis moreremis. Q̃plurimū dn̄e

deus:fuit rationabilis iſta ordinatio/quando tu vo-
luiſti carnem humanam ſumere a virgine voluntate
et opere incorrupta:que fuit virtuoſior ceteris mulie
ribus que eam tempore preceſſerunt.⁊ que ſua tem-
peſtate fuerunt:⁊ que adhuc in hoc ſeculo ſunt ventu
re.¶ Pater diuine clementie:ſicut tua diuina natu-
ra eſt excellentius eſſe in bonitate ⁊ virtute qđ ſit: ſic
tibit placuit carnē ſumere a meliori eſſe hūano qđ ſit
poſt tuum.quia preter te inter omnes ſanctos alios
nulli ad tuam poſſent attingere bonitatem.¶ Mi-
ſericors dñe ⁊ benigne:ſicut bona arbor ⁊ fructifera/
tempore eſtatis eſt foliis/floribus/et fructibꝰ opulen
ta:ſic aduentus tuus in carnem venit in hunc mūdū
ordinatiſſime afferens humano generi fructum ieſti
mabilem ad ſalutem.¶ Cauſa quare aduentus tuꝰ
in carnem eſt plenus ordinatione ⁊ vtilitate homini
bus/eſt hec:quia eſt plenꝰ amore ⁊ gratia.nam ex ni-
mio amore ⁊ gratia/carnem humanā ex virgine aſ-
ſumpſiſti/et ex nimio amore ⁊ gratia naſci tibi pla-
cuit in hoc mundo:⁊ ſic de aliis tue humane nature
competentibus:que feciſti.¶ Sed non eſt ita de ho-
minibus huius mundi:qui vix dum in eo conuerſan
tur habent amorem alicui:niſi tantūmodo ſibiipſis.
et ita deeſt eis dñe charitas qua tu nos tenerrime vt
filios dilexiſti: quā deberemus habere ſi volumꝰ: vt
maneamus in te/⁊ tu in nobis.quare ſupplicit̃ te pre
cor/vt in me infundas vere dilectionis igniculum ⁊
charitatis. ¶ Quis poſſet dñe ieſu chriſte cogitare
maximam ordinationem que eſt in tua incarnatio-
ne.quia licet tua diuina ſubſtantia vniretur ſimul cū
natura humana quā ex vtero beate virginis aſſum-
pſiſti:ob hoc tua diuina ſubſtantia nō fuit in aliquo
alterata:vel trāſmutata.imo fuit ſemper/ ⁊ eſt/ ⁊ erit
immutabilis.quare nunc eſt illa et eadem: que erat
prius/anteqꝫ perſona filij ſumeret carnem noſtram.
¶ Item alio modo ordinatio tue carnis aſſumptio
nis oſtenditur mirabilis:⁊ aptiſſime ordinata . quia
licet natura humana quam tu aſſumpſiſti vniretur
cum diuinitate:tamē illa humanitas a te aſſumpta
non receſſit a natura humana/nec fuit tranſmutata
in aliam naturam que non eſſet humana.quia quan
tum aliquid poteſt eſſe verum:ſic eſt verum ꝙ id cu-
ius tu veram carnem aſſumpſiſti humanam fuit ve-
re homo.¶ Unde valde fuit mirabilis vnio deitatis
cum humanitate.quia ita ordinatiſſime fuit tua dei
tas humanitati vnita:vt nullam penam quā tu dñe
fuiſti paſſus in hoc ſeculo ſuſtinuiſti inquantū eras
deus:ſed inquātū ſolum homo.¶ Deus qui nō per
mittis perire/in te veriſſime confidentes.ſicut tua in
carnatio cōtinet mirabilem ordinationem : ſic illud
quod infideles credūt de nobis catholicis: continet
maximam inordinationem/⁊ maximam ſtultitiam
contrariam rationi. quia quando ipſi audiūt ꝙ nos
dicimus ⁊ credimꝰ diuinā eſſentiā eſſe vnitam cū hu
mana natura:ipſi opinantur nos credere ꝙ deitas
alteretur/⁊ tranſmutet̃ in naturam humanam.⁊ quā
do ipſi ſimiliter audiunt nos dicentes te eſſe paſſum
famem/ſitim/frigus/calorem/⁊ multas alias paſſio
nes:ipſi putant vt nos credamus ꝙ tu inquantum
deus/predictas paſſiones ſuſtinueris in hoc mundo
quod falſum eſt penitus:⁊ a noſtra fide totaliter alie
num.¶ Unde multum miror de tanto errore ⁊ ceci-
tate/mentes ⁊ corda eorum in hoc ſeculo excecante.
quia poſtqꝫ ipſi audiunt ꝙ catholici credunt ⁊ ſimpli
citer confitentur deitatem eſſe eternam/infinitam/⁊
perfectiſſimam in virtutibus:credere debent ⁊ ſcire
ꝙ nos non credimus vt vnquā tua diuina eſſentia al
teretur vel tranſmutetur a ſtatu ſuo.quia impoſſibi-
le eſt vt illud qđ eſt eternum/infinitum/et perfectiſſi-
mum:poſſit alterari in aliam naturam:vel etiā tranſ
mutari.¶ Omnes iſti errores cadunt in mentes in-
fidelium:quia ipſi ignorant maximam ordinationē
et admirabilem ſapientiam qua tu in aſſumptione
carnis humane vſus fuiſti.⁊ anteqꝫ ipſi ordinate pre
meditentur(quando de tua incarnatione audiunt lo
qui)qualiter tua eſt incarnatio ordinata:ipſi arbitrā
tur nos credere ꝙ deitas in humanitatem ſit conuer
ſa.et hoc modo predicto decepti manent infideles.
¶ Deus qui humanam miſeriam/a poteſtate diabo
lica eruiſti.exaudi preces famulorū tuorum / tue mi-
ſericordie ſupplicantium:ꝙ ſicut tu ordinaſti aduen
tum tuum in carnem/ordinatiſſime in hoc mundo:
ſic digneris ordinare ī eo aliquem chriſtianorum nu
merum electorum:qui ita ſint feruentes ⁊ deuoti cir
ca legem noſtram catholicam ampliādam : vt totis
ſuis viribus conentur oſtendere ⁊ exprimere infide-
libus nationibus huius mundi:qualiter ipſi catho-
lici credunt te chriſtum eſſe verum deum ⁊ verū ho-
minem/ſine alteratione et trāſmutatione aliqua dei
tatis.¶ Item dñe te ſuppliciter deprecamur quati-
nus illumines mentes et corda infidelium taliter vt
ipſi intelligant(ſui erroris caligine depoſita)quomo
do nos fideles credimus in te:qui es verus deus et
verus homo.qui nunqꝫ(quātum ad deitatem) fuiſti
paſſus aliquam paſſionem:ſed tantūmodo quantū
ad humanitatem quam ex vtero beate virginis aſ-
ſumpſiſti.¶ Domine ieſu chriſte:tibi laus/et gloria.
quia propter maximam ordinationem que fit inter
vnionem tue deitatis et humanitatis : ſunt ordina-
ta quecunqꝫ ſunt tam in hoc ſeculo qꝫ in alio/ ad co-
gnoſcendum tuas virtutes et gloriam tui deus.

## ¶ Qualiter dominus noſter ieſus chriſtus ordinauit ī hoc mundo ſuam paſſionem.

Deus a quo ordinatiſſime cuncta fiūt tibi virtus/ꝛ benedictio tribuat. q̄ ordinaſti vt mundus recreetur ꝛ ſaluet: propter maximas tribulationes/ anguſtias/ꝛ paſſiones: q̄s fuiſti paſſus pro humano genere reſtaurando. vnde benedict⁹ ſis tu qui ordinaſti vt tue paſſiones ſint cauſa ꝛ occaſio noſtre ſaluationis ¶ Omnes fideles debēt gaudere q̄plurimum in tua paſſione: ꝛ in omnibus tuis anguſtiis/ꝛ laboribus: quos in carne tua fuiſti paſſus dum fuiſti nobiſcum in hoc ſeculo conuerſatus. quia vſq; adeo fuerūt labores tui nobis fructiferi ꝛ ſalubres/ q̄ natura hūana q̄ ceciderat quaſi in maiorē inordinationem que eſſe poterat: conuerſa fuit per tuam paſſionē in ſtatum melioris ordinationis que aliquaten⁹ poſſit eſſe. ¶ Dn̄e ieſu chriſte vt aduentus tu⁹ in carnem eſſet ordinatus ad humanam ſpeciem redimēdam: placuit tibi aptiſſime ordinare: vt ſubſtātia diuina ab infidelibus in humana natura quā tu ſumpſiſti minime videretur. q̄a ſi ipſi viderent tuam deitatē in tua humanitate: null⁹ fuiſſet qui te in hoc ſeculo occidiſſet: ꝛ niſi tua humanitas fuiſſet mortua: laboreſq; ꝛ anguſtias eſſet paſſa: non potuiſſet ita congrue humanū genus a peccato primi parentis alio modo redemiſſe. ¶ Pater omnipotēs/immortalis/nulla pene inflictio: neq; aliq̄d viliſſimum genus mortis: debet tue paſſioni/vel tue morti vllatenus comparari. q̄a tua paſſio ꝛ gen⁹ auſteriſſimū tue mortis: quaſuis alias paſſiōes: ꝛ q̄uis mortis genera exceſſerūt. ¶ Unde omnes iſti exceſſus tue paſſionis ꝛ mortis fuerunt in te ſecūdū rectā ordinationem/ꝛ cōſonantiam rationis: ꝛ hoc ꝓpter peccati magnitudinem: q̄d deleri oportuit per ipſas vnde benedictus ſis tu dn̄e ieſu chriſte: qui tot paſſiones/tribulationes/anguſtias/labores/deriſiones/ꝛ opprobria ſuſtinuiſti: vt per hoc mūdus poſſet perditus recreari. ¶ Dn̄e deus: fere quotquot dedecora poſſunt eſſe/ignominie/deriſiones/vituperia/ꝛ opprobria: ꝛ etiam plura que poſſunt humanis mētib⁹ cogitari: ſuſtinuiſti in patibulo tue mortis. quia tu fuiſti ſuſpenſus cū latronibus in vili loco ꝛ eminenti: vt ab omnibus videreris. ꝛ in medio loco mūdi vt panderetur tua mors viliſſima omnibus habitātib⁹ circūquaq;. ꝛ in morte tua fuiſti a tuis diſcipulis derelictus: vt nullum amicum gentes cernerent te habere. ꝛ illud q̄d tibi ceſſit in maximum vituperium viliſſimi homines totius mundi/vt vilius potuerūt te occidere: occiderunt/ ꝛ preterea abſq; aliqua cauſa/ occaſione/ſiue ratione. at omnia hec oportuit ita fieri quēadmodum ſunt facta. quia ſicut ex tua paſſione debebat ſequi maxima vtilitas toti mundo/oportuit vt in toto mūdo non eſſet aliquis qui tot poſſet paſſiones amariſſimas ſuſtinere/ quot ſuſtinere potuit tuum corpus. ¶ Sicut humana natura quā tu aſſumpſiſti: exceſſit in bonitate ꝛ ceteris virtutibus/ omnes huius ſeculi creaturas. ſic magnitudo amaritudinis tue paſſionis: exceſſit omnes modos alios paſſionum que hodie poſſint eſſe. quia quanto tu fuiſti melior tanto fuerunt maiores pene tue amariſſime paſſionis. ¶ Nulla fames vel ſitis quam aliq̄s habere valeat in hoc mundo: eſt comparabilis fame vel ſiti quā tu ſuſtinuiſti in tuo corpore hic exiſtens. quia quanto corpus tuum fuit magis purificatum: et melius contemperatum in humana natura q̄ corpora hominum ceterorū: tanto fuit magis ſenſitiuū paſſionum. ¶ Mirabiliter fuit domine de⁹ tua ſancta paſſio plena omni ordinatione ꝛ omni ſapientia in hoc mundo. q̄a quanto plus fuiſti ſentiens paſſiones: tanto oſtendiſti nobis feruentiorem amorem ꝛ ſigna maioris dilectionis et maiorem cauſam ac rationem dediſti nobis: tibi imperpetuum ſeruiendi ꝛ tuum nomen glorioſiſſimum exaltādi. ¶ Deus qui diſpoſuiſti in tua preuidentia omnia ab eterno. quāto maiorem penam ſuſtinuiſti in hoc mundo pro humano genere redimendo: tanto nos grauiori pondere oneraſti. quia quāto donum maius eſt/ tanto maior remuneratio debet eſſe. ¶ Laudetur et glorificetur nomen tuum deus: propter maximam ordinationem ꝛ deuotionem quā aſſumunt vniuerſi catholici in ligno crucis: in qua fuiſti crucifixus. quia in cruce poteſt videre quilibet ꝛ percipere tuos dolores amariſſimos: atq; penas quas in eadem paſſus fuiſti ꝓ humana ſpecie reſtauranda. vnde benedicti ſunt illi qui paſſionem tuam quā ſuſtinuiſti in hoc ſeculo cōſiderant diligēter. ¶ Creator de⁹ tā viſibiliū q̄ inuiſibiliū. ſicut infirm⁹ q̄ lōgo tēpore fuit paſſus/ q̄n dimiſit eū febris: vel q̄cunq; paſſio eū ꝑmebat: recreatur ꝛ fortificat̄ refectione carniū. ſic ordinaſti vt aīa cuiuſlibet recreet̄ et fortificet̄ per reſpectū tue paſſionis in cruce/ et q̄ per eius memoriā peccatū in homine deleatur ¶ Humane reſtauratio creature: tibi laus et gloria impendatur. quia tanto ardore dilectionis/ humanam ſpeciem dilexiſti: vt mori pro ea finaliter volueris. et placuit tibi tolerare: vt tui apoſtoli et diſcipuli parit̄ te derelinq̄rēt ī tua morte. ¶ Glorioſiſſimum eſt dn̄e de⁹/nomen tuū in vniuerſa t̄ra. q̄a quāto plus fuiſti illuſus ꝛ vitupat⁹ a iudeis: ꝛ quāto pl⁹ ab ap̄lis fuiſti ꝛ a tuis diſcipulis derelict⁹: tāto fuerūt maiores tue anguſtie ꝛ dolores: tātoq; fuit grauior ꝛ amarior tua paſſio ieſu chriſte. ¶ Un̄ quāto fuit grauior ꝛ amorior tua paſſio: tāto fuit maior tu⁹ zelus dilectionis circa genus humanum. et fuit tuus amor efficacior circa ſuum commodum ꝛ ſalutem. ꝛ tanto etiam fuit maius exemplum nobis te feruore mentis imperpetuum diligendi. ¶ Saluator omnium deus. ſicut natura humana cecidit in inordinationē/ errorem/et deuiationē propter peccatū ꝑmi parētis: et hoc ꝓpt̄ maximū ſaporē ſiue delectationē quā ipſe

habere credidit ex comeſtione ꝓhibiti ſibi fructꝰ: ſic oportuit vt humana natura recrearetur a te/ propter maximas amaritudines ⁊ dolores. ¶ Unde iſta fuit mirabilis ordinatio/ ꝙ ſicut natura humana ſubiit inordinationē/ ꝓpter deſideriū rei ſibi illicite ⁊ ꝓhibite: ſic fuit decēs vt reuerteretur ad primū ſtatū ordinationis ꝑ tuam paſſionē quā fuiſti paſſus immerito ⁊ ſine culpa. Manifeſte oſtendit̄ ꝙ tua paſſio fuit aptiſſime ordinata. quia ſicut tua paſſio fuit ſumma in doloribus/ anguſtiis. ⁊ in amaritudine dire mortis: ſic bonū quod ſequit̄ ex ipſa eſt ſummū ⁊ beatius quod valeat q̄s habere. ¶ Dn̄e deus virtutū: propt̄ tuam benedictā paſſionem fuit ordinatū: vt ianue ꝑ quas ſeptē peccata mortalia intrant in aīam cuiuſlibet hominis in hoc mūdo: ꝑ ipſam totaliter clauderentur: ⁊ nō haberēt loca vlteriꝰ per que ad eam poſſent ingredi/ dūmodo illa ipſius affectuoſe ⁊ feruide eſſet memor. ⁊ ꝑ eam fuit etiā ordinatū vt aperirent̄ ianue per quas virtutes in aīam hominis itroirent. ¶ Unde quādo aliquis imaginat̄/ ⁊ conſiderat tue amaritudinē paſſionis: ⁊ genꝰ viliſſimū tue mortis: merito eſt infeliciſſimus iudicandus/ ſi tūc ſua vicia non deponit: ⁊ niſi adhereat virtutibus toto poſſe. ¶ Et propter hoc dn̄e deus tibi placuit ordinare vt imago tua ponat̄ in cruce repreſentans tuā cunctis nationibus paſſionē. vnde ſicut ꝑ ſermones ꝓlatos exprimitur qđ i mēte habetur: ſic imago tua q̄ in cruce ſuſpenditur/ deſignat ⁊ denotat nobis tue paſſionis amaritudinē ⁊ dolorem. ¶ Tibi pater omnipotens laus/ ⁊ gloria. quia propter ingētem feruorem dilectionis/ quā erga eos ſciunt catholici te habere homines religioſi a ſecularibus ſeparantur/ renūciātes omnibus bonis tēporalibus: ⁊ voluptatibꝰ tranſitoriis huius mundi. ⁊ tibi ſoli deſeruiunt creatori/ habentes quotidie tuam beatiſſimam in memoria paſſionem. ¶ Propter maximas anguſtias/ tribulationes/ dolores/ et labores/ quos vident homines te pro eis in hoc ſeculo paſſum eſſe: conſtruunt ⁊ edificant hoſpitalia tuis pauperibus ieſu chriſte. ⁊ vadūt per totum mūdū ſanctos et ſanctas (illuc vbi coluntur) ſuis muneribus ⁊ oblationibus viſitatum/ ieiuniis: ⁊ aliis afflictionibus ſua corpora macerantes. ⁊ omnia hec/ ⁊ plura alia faciunt: quia tuam recolunt paſſionem. ¶ Similiter propter tuam maximam humilitatem quā tu ſaluator omniū habuiſti: reges/ et alii magnates ſumentes exemplum ſe humiliāt pauperibus ⁊ egenis/ ipſis manus ⁊ pedes aliquotiens oſculantes. ⁊ ſic tua humilitas valde deprimit elationem plurium. tanꝗ̄ vere humilitatis ſpeculum atq̄ exemplum. ¶ Dn̄e deus qui tenſis in cruce manibꝰ nos conuocas ad beatitudinē paradiſi: tibi virtus et benedictio tribuatur. quia nō eſt mirabile ſi tota tua paſſio ordinationibus eſt abundās. quia extrinſecꝰ et intrinſecus: amore/ pietate/ medicina ⁊ dulcedine eſt repleta. ¶ Unde cum tota tua paſſio ordinatione et virtutibus ſit repleta. ego humilis ſeruus tuꝰ ſuppliciter te oro: vt prebeas aliquibus chriſtianis munus tue gratie/ q̄ tacti extrinſece ⁊ intrinſece predicēt affectuoſo animo barbaris ⁊ īfidelibus nationibus tuam paſſionem: qui mori non dubitent pro eadem. ¶ Quia ſicut tua paſſio fuit cauſa ⁊ perfectio noſtre redemptionis: ſic merito debet ordinari inter nos catholicos: vt ſint aliqui preelecti ad predicādum tuā benedictam paſſionē infidelibus hominibus huius mundi: qui precipue in eius recordationē ⁊ laudem ab ipſis infidelibus (ſi oportuerit) grauiter torqueantur/ et mortem etiam hilariter ſubeant propter ipām. ¶ Flexis genibus/ ⁊ abortis lachrymis genus meis tibi dn̄e deus reddo actionem gratiarum (nō quā debeo: ſed quā poſſum) ꝙ ꝑ tuam miſericordiam/ ⁊ per tuam ſpecialiter ſanctiſſimam paſſionē incitaſti meū animum atq̄ mentē: ad habendam memoriā diuerſarum gratiarum/ quas humano generi contuliſti. ⁊ rogo te: vt des michi gratiam ad habēdum ſimiliter contritionē meorum omniū peccatorum: de quibus oportet quēlibet in hoc ſeculo ſatiſfactionem facere competentem. ¶ Dn̄e ieſu chriſte cum tua paſſio ſit cauſa ⁊ perfectio noſtre ſaluationis finalit̄: et modo preſentialiter ſit cauſa noſtre conuerſionis ad tuorū obſeruantiam mādatorum: humiliter te precor ⁊ deuote: vt ipſa conſeruet me tuo ſeruitio ⁊ amori/ dans amorem viſceribus cordis mei: ⁊ lachrymas oculis meis: ⁊ bona opera meis manibus in hac vita/ ⁊ ſic precor te vt ad ſeruitium tuum ordines cetera membra mea. ¶ Sanctiſſima chriſti paſſio. te adoro/ te laudo/ teq̄ glorifico/ et tibi deuota mente ſupplico quantū poſſum: vt ſemper tui reminiſcar in omnibꝰ actis meis: et te dn̄m ieſum chriſtum ſemper venerer in vnitate eſſentie diuine.

### ¶ Qualiter deus ordinate in hoc mundo celat et reuelat gloriā ⁊ penam alterius ſeculi.

Diuina eſſentia/ impaſſibilis/ immortalis/ tibi oīs laus/ et benedictio tribuatur. quia tu ordinaſti vt hoībꝰ patefiat et manifeſtet̄ in hoc mūdo gloria alterius ſeculi: atq̄ pena. ⁊ ordinaſti etiā aliter vt propter aliqua īpedimenta ab eis tam pena q̄ gloria alteriꝰ ſeculi ignoretur. ¶ Quia tu ordinaſti ꝙ in homine ſint quinq̄ ſenſus corporales: ⁊ quinq̄ operationes ſpirituales. et vt a quinq̄ ſenſibus corporalibus ſit occulta i hoc ſeculo/ alteriꝰ ſeculi pena perpetua gehēnalis: ⁊ gloria ineſtimabilis paradiſi. ſed quinq̄ operationibus ſpiritualibus patefit ⁊ declarat̄ aliqualiter in hoc ſeculo/ gloria alterius ſeculi ſiue pena. ¶ Unde bene-

dictus ſis dn̄e deus/ꝑ ſeculū vniuerſum: qui ordina
ſti vt homo cōſtet ex anima ꝛ corpore. quia ꝓpt̄ na=
turā corporis ſentiūtur ab homīe ſapores/et volu=
ptates trāſitorie hu9 mūdi. ꝛ cauſa ipſius etiā igno
ratur ab eo alterius ſeculi gehēnalis paſſio ac gloria
paradyſi. verū ꝓpter naturam anime patefiūt/ ꝛ de
claranť homi: oīa bona et mala alterius ſcl'i. ¶ Mi=
ſericors dn̄e et ſuauis/cū tu ſis ſubſtantia ſpiritualis
inuiſibilis: voluiſti ꝙ angelus et anima ſint res inui
ſibiles ſimiliter: vt a nemine videanť. ¶ Dn̄e deus ſi
tu in hoc mūdo ab homibus videreris: nullus fuiſ=
ſet ordinatus in hoc ſeculo ad acquirendū meritum
glorie paradyſi/vl' penarū demeritū in iferno/ vt mo
do eſt. vnde ꝓpter hoc placuit tibi vt eſſes inuiſibi=
lis in hoc mūdo: qͣ iſte mūdus nō eſt aptus vt i eo
poſſeſſio beatitudinis/tuiqꝫ ītuitus habeať. ¶ Pa=
ter omnipotēs eterne de9. ſi tu in hoc ſeculo angelos
et demones/humanis viſib9 ꝑ aſſūpta corpora oſtē
diſſes: nullus fuiſſet in eo cum tāta inclinatiōe ad fa
ciendū malū ordinatus. qͣ tanta fuiſſet certificatio
alterius ſeculi tam de gloria ꝙ̄ de pena: vt null9 ſen=
ſiſſet in ſe tantā inclinationē malū aliquatenus faci
endi. ꝛ hoc ꝓpter gaudiū/ꝛ applauſum maximū in=
tuitus angelorum et ꝓpter terrorē maximū demonū ꝛ
timorē. ¶ Eterne dn̄e de9: q̄ cuncta de nichilo crea=
ſti. ſi homines audirēt auribus corporeis in hoc ſcl'o
tuam glorioſiſſimā deitatē/ꝛ audirēt ſimiliter ange
los et demones colloquētes: nullus fuiſſet in hoc ſe
culo in ſtatu ordinato acqͥrendi gloriā ſiue penā. qͣ
verba tua ꝛ angelorum ſimiliter eſſent ad audiendū
ita placida ꝛ amena: et illa demonū (ſicut modo) ita
horrida ꝛ terribilia/vt nullū potuiſſet qs acqͥrere me
ritū in hoc mūdo. Si homo ſentiret odoratu in hoc
ſeculo fetores ifernales/ꝛ ſi ſentiret ſimiliter hic glo
riā alterius ſeculi ſiue penam: nō fuiſſet homo ita in
clinatus ad peccādū. ¶ Unde benedictus ſis tu de9
qui tam gloriā alterius ſeculi ꝙ̄ penā corporalibus
ſenſibus abſcōdiſti: ita ꝙ ab eis totaliter ignoranť/
ꝓpter quā ignorātiā (q̄ habeť in iſto ſenſibili mūdo
tam de gloria ꝙ̄ de pena) eſt paratus in hoc ſeculo q̄
libet facere malum. ¶ De9 ineſtimabilis bonitatis
benedictū/laudatū/ꝛ glorificatū ſit quicqͩ i hoc ſe=
culo ordinaſti. quia ſicut homo ꝑcipit viſibilia ꝛ ſenſi
bilia/ꝑ naturā quinqꝫ ſenſuū corporaliū: ſic ꝑcipit in
tellectualia ꝑ naturā ſenſuū ſpiritualiū. Quare ꝓpt̄
talem ordinationē transferūtur homies de ſenſibili
bus/ad intelligendū et ꝑcipiendū intellectualia. vn=
de ꝓpter ſenſibilia ꝛ viſibilia ꝑcipiūtur ab homie in=
tellectualia ꝛ inuiſibilia. Quare ob preſentiam ſenſi=
biliū/q̄ noſtris ſenſibus corporalib9 ꝑferunť: intelli=
gimus et ꝑcipimus ſenſibus ſpiritualib9/ꝙ tu deus
cōditor omniū es. et ſcim9 ac ꝑcipim9 te eē tātūmo
do vnū deū creatorē omniū/tā viſibiliū ꝙ̄ inuiſibiliū
a quo bona oīa habent ortum. ꝑcipimus inſuꝑ ꝑ tuā
iuſticiā (q̄ reſpōdet opibus vite vniuſcuiuſqꝫ) eternā
beatitudinē glorie poſſidendā a fidelibus credētib9
veritati. et infidelibus credētibus erroribus/deputa
bitur ꝑpetua afflictio ꝛ ineſtimabilis cruciaminū di
uerſorum. ¶ Aptiſſime ordinator de9. tu ordiaſti vt ho
mo ꝑcipiat in hoc mūdo (ꝓpter tuā largifluā boni=
tatē) ineffabilem gloriā alterius ſeculi ꝑmanētis. qͣ
cū anima homis cognoſcit/ꝛ ꝑcipit tuā maximā bo
nitatē: ꝑcipit ꝛ intelligit ꝙ eſt ineffabilis et ineſtima
bilis beatitudo glorie paradyſi. ¶ Sicut oculi corpo
rales oſtendūt homi ꝑ aſpectum aliquid pulcrū/ſui
pulcra diſpoſitione ꝛ forma: ſic oculis anime oſtēdit
a tue fontis emanātia bonitatis alterius ſeculi et ꝑ=
petua gloria beatorum. ¶ Et ſicut anima homis ꝑfe=
cta ſuis ſenſibus ītellectualibus/intelligit te ꝑfectiſ
ſimū in omnibus virtutibus: ſic ipa intelligit mune
ra ꝛ gratias/quas tu cōfers tuis famulis eē ꝑfectiſ=
ſime bonitatis. qͣ oportet te qui es ſūma bonitas:
dare ſummā beatitudinem/tuis famulis et amicis.
¶ Deus ſine cuius ꝑmiſſione corpora ſupceleſtia ni
chil poſſunt. tu ordinaſti ſimiliter vt ꝓpter tuam ma
ximā bonitatem: inſinuetur ꝛ oſtendať humane ani
me magnitudo pene ꝑpetue gehēnalis. Quia cum
nos intelligimus et ꝑcipimus tuā nobilitatē eē excel
lentiſſimā/et in omnib9 virtuoſam atqꝫ ꝑfectā: opor
tet nos intelligere et ꝑcipere ꝙ maximā ꝑdit beatitu
dinē glorie/q̄ te ꝑdit. vnde quāta eſt amiſſio tue glo
rie: tanta eſt pena illorum infeliciū q̄ te perdūt. ¶ Un=
de nullus eſt qui poſſet ſecū exiſtimare magnitudinē
ꝑditionis quā ꝑdūt illi: qui preſentia intuitus tui ca
rent. vl' exiſtimare cruciamina q̄ ſibi ſunt parata ſine
vllo remedio in inferno. ¶ De9 qui viam ſalutis hu
mano generi es dignatus ꝑ tuā miſericordiā aperi=
re. qs poſſet exiſtimare maximā ordinationē/q̄ ſequi
tur in hoc ſeculo et in alio/ꝓpter ſecreti ignorātiam:
q̄ habetur hic de gloria alteri9 ſeculi/et de pena. vn=
de ſicut vno modo ob talē ſepedictā ignorātiā/maxi
ma inordinatio ſequitur vtrobiqꝫ: ſic ꝓpter patefa=
ctionem et ꝑceptionē/q̄ fit humane anime: tā de glo
ria alterius ſeculi ꝙ̄ de pena: ſequitur ſimiliter maxi
ma ordinatio/tam in futuro ſeculo ꝙ̄ in preſenti. qͣ
ex eo ꝙ citius oritur dubiū in intellectualibus ꝙ̄ ſen
ſibilibus: ob hoc dn̄e voluiſti vt anime noſtre tā glo=
ria ꝙ̄ pena alterius ſeculi patefiat: q̄ patefactio ineſt
anime cuiuſlibet/quinqꝫ ſenſuū ſpiritualiū anime ra
tione. ¶ Celeſtis pater ſine ꝑncipio ꝛ ſine fine. eo ꝙ
maiores dubitationes in ſpiritualibus ꝙ̄ ſenſualib9
oriūtur: ideo acquirūt homines maius meritū/quā
do firmiter ſine vacillatione aliqua credūt ſpiritua=
lia/ꝙ̄ poſſint acquirere de ſenſualibus q̄ preſentiali
ter intuūť. Et hec eſt cauſa: quia fides conſiſtit in in
tellectualibus ſolūmodo et in inuiſibilibus: nō autē
in his q̄ homo ad oculū poteſt videre. iuxta illd. Fi=
des non habet meritum: vbi humana ratio prebet

experimentū. ⁋Deus virtus noſtra/ et refugiū ſingulare.tu ordinaſti vt illa fides ſiue lex que continet ſpecialiter veritatē:magis ſapiat naturā rerū intellectualiū ꝙ̄ ſenſualiū . vnde valde bene et mirabiliter eſt illud ordinatū.quia fides rex ītellectualiū eſt ſubiectū: ⁊ ideo cauſa ipſius adhibetur illis aſſenſus et credulitas:ſubiectū vero rerum ſenſualiū eſt quinqꝫ ſenſuū corporaliū quiuis ſenſus.nam ⁊ cauſa ipſoꝝ corporalia ſentiunt. ⁋Item dn̄e tibi placuit ordinare ꝙ fides catholicoꝝ cōſiſtat plus in intellectu ꝙ̄ fides iudeoꝝ/vel paganoꝝ.quia credere te eē vnā tm̄ diuinā eēntiā ⁊ tres ꝑſonas/⁊ credere tuam deitatē eē humanitati vnitam/et cetera de fide noſtra/ ꝙ̄ ꝑcipiunt ſolūmodo intellectu : magis conſiſtit in ꝓfunditate intellectus ꝙ̄ credulitas gentium ceterarum.

⁋Unde benedictus ſis pater clementiſſime/qui ordinaſti ꝙ oēs leges(vt ita loquar) ſiue credulitates que ſunt cōtrarie cultui chriſtiano: ſint propinquiores imo ꝓxime ſenſualibus/remotiores vero ab ītellectualib⁹ ꝙ̄ fides catholica chriſtiana. ⁋Retributor pater omnipotens munerū vere vite. Tu ordinaſti vt mortui ꝙ̄ ex vita iſta tranſeūt cōmuniter in hoc ſeculū minime reuertant.et hoc vt referre viuis nequeāt gloriā alterius ſeculi ſiue penā. nam ſi huc reuerterent: nō acquirerent tantū meritū homines in hac vita/neqꝫ fides noſtra eſſet ita excellens et nobilis ſicut nunc eſt. ⁋Dn̄e de⁹ quia nullū bonū irremuneratū eſt apud te/ideo reuelas intellectui illorū feliciū/qui tibi puro corde ſeruiūt in hac vita: gloriā alterius ſeculi atqꝫ penam.vnde ꝙ̄ felices ſunt illi ꝙ̄ celant alijs in hoc mūdo/hoc qđ tibi ſpecialiter eis placet de alio ſeculo reuelare.quia illa nō reuelare eſt cauſa quare ſpecialiter tua ſecreta tibi placet eos idagare. Qꝫ plures homines inſenſati/ ꝙ̄plurimū ſe iactarent et ſupbirent:ſi tu eis ſecreta alterius ſeculi reuelares . quapropter tu denegas penitus reuelare. quia ꝙ̄ ab ipīs velles ſolūmodo ſciri:ī cognitionem pluriū ꝑ eos poſtea deuenirēt.idcirco tm̄ tuis ſecretis ſeruis ſecreta tua in hoc ſeculo reuelas. ⁋Deus qui toti mundo potentiſſime dominaris.tu ordinaſti vt dies ſue mortis a nemine preſciatur.vnde iſtud valde eſt rationabiliter ordinatum . quia ſi aliquis preſciret diem vel horam ſue mortis: multa inconuenientia ſequerētur/et iſtud inter alia eſſet vnū:ꝙ quātūcūqꝫ mala egiſſet in hoc ſeculo in fine obitus ſui de malis preteritis facere penitētiā vellet ꝗſqꝫ: ⁊ ita multa mala fierent ꝙ̄ nō fiūt. ⁋Unde aptiſſime eſt a te pater miſericors ordiatū/vt imediate poſt mortem ſuā/et nō ante patefiat homi: qđ meruit in hoc mundo. ⁋Dn̄e deus ꝓpter iſtam ordinationē quā in hoc ſeculo poſuiſti:eſt magis ordinate in alio ſeculo ab homine cognita bonitas tui deus.

⁋Qualiter deus ordinauit viam paradyſi.

Deus qui numerū ſaluandorū erigis ad virtutes/te metuant vniuerſe gentiū nationes.quia tu aperuiſti ꝑ aſſūptionem tue humanitatis viā ſalutiferam paradyſi:ꝙ̄ humano generi erat clauſa anteꝙ̄ tu humanā carnē ex utero beate virginis aſſūpſiſſes. ⁋Anguſtie/dolores/ labores/deriſiones/opprobria/⁊ vituperia/et finalit̄ mors quā paſſus fuiſti ꝓ humano genere redimendo:omnia hec fuerūt cauſa ⁊ occaſio/nobis ſaluationem ꝑpetuam poſſidēdi/⁊ oſtenſio ac patefactio vie beatiſſime paradyſi. Item ꝓdicta omnia fuerūt toti humano generi ſpeculū ⁊ exemplū: ꝙ motū feruore tue dilectionis/pro tuo nomine ampliando: debeat cōſimilia ſuſtinere. ⁋Item dn̄e tibi placuit ordinare/vt regeneratio baptiſmi ſaluationis ꝑpetue eſſet via:⁊ baptiſmū habere diuiſionē triplicē voluiſti. ꝗa eſt quidā baptiſm⁹ ignis/⁊ alter ſāguis/⁊ ali⁹ aque: ⁊ oēs iſtos tres baptiſmos tu habuiſti in te dn̄e ieſu chriſte.nam tu voluiſti mori ex calefactōe nimia charitatis/⁊ fuiſti in ſancta cruce ꝑ baptiſmū ſanguinis baptizatus/⁊ ꝑ aquam ſanctus iohānes baptiſta (ꝙ̄ in te cognomen aſſumpſit) te in iordanis flumīe baptizauit. ⁋Domīe iuſte iudex.tu ordinaſti vt ꝓphete/apoſtoli/martyres/⁊ ꝯfeſſores:fuerint miſſi ad cōuerſionē infideliū nationū/⁊ eis tua mandata ꝙ̄ obſeruari precipis/ nūciarēt:oſtēdentes eis viā ſalutiferam paradyſi. ⁋Item dn̄e tibi placuit ordinare / vt ſancti homines a ꝗbus fuit vita eťne beatitudīs predicata:coram vniuerſis nationibus huius ſeculi diuerſa miracula indicarēt/vt homines melius eis fidem adhiberent. ⁋Item dn̄e deus cui oēs obediūt creature/tu ordinaſti vt tm̄ ſit vna lex veritatē continens:quā ſolū tenentes ſint in numero ſaluandorū: ⁊ omnes alij extra illam viam dānationē ꝑpetuā aſſequātur. ⁋Deus cui flectitur omne genu.tu ordinaſti vt veritas ſit via/ꝑ quā ad paradyſum ꝗlibet gradiatur. Unde benedict⁹ ſis tu dn̄e:ꝗ es noſtrū ſpes omniū ſingularis.quia ſicut tu es veritas:ſic oportet de neceſſitate vt via ſit vera ꝑ quā homies ad te gradiunt.nam veritas ꝑ viā falſitatis nullatenus repit. ⁋In omnē terrā dn̄e de⁹ exeat exaltatio laudis tue. quia tu ordinaſti vt fidelitas ſit fundamentū eterne beatitudinis paradyſi.quia qui fidelitate caret:ceteris virtutib⁹ ſpoliat. Unde fidelitas eſt primū in homine fundamentū. ⁋Mirabiliter dn̄e eſt optime ordinatū/quicqđ tu in hoc ſeculo ordinaſti:qꝛ tibi placuit ordinare/vt fides vera ſit via rectiſſima paradyſi.quia fides vera tanꝙ̄ cereus ardēs illuminat hoc qđ a tenebris offuſcatur. ⁊ eſt radix bonorum omnium/atqꝫ caput.⁊ eſt cauſa ſaluationis homīs in hoc mūdo. ⁋O deus vera lux/lucēs in tenebris et reſplēdens.tu ordinaſti vt verus amor ſit vinculū indiſſolubile/et cathena:qua ꝗs trahat/⁊ qua ꝗs in ꝑſeue-

rantia vie celeſtis glorie vinciatur. nam verus amor
totius boni eſt cauſa/occaſio/ꝛ effectus. ¶ Dñe deꝰ
tanta eſt vis veri amoris/ꝛ efficacia: ꝙ vnūqḋqꝫ di-
ſponit ad incedēdū per primū motū/ꝛ ad habendū
intentionē bene diſpoſitam atqꝫ rectam. ¶ Rex re-
gū dñe/illi quos verus amor facit incedere per p̄mū
motū/et facit eos te diligere p̄ma intentiōe: diligunt
feruentius te creatorē ſuū ꝛ dominū q̄ȝ ſeipſos: et q̄ȝ
aliq̇d aliḋ qḋ ſit in eē. ꝛ tales ſunt q̇ tm̄ ſuū ꝓximū di
ligūt vt ſeipſos. ergo q̇s poſſet ꝯſiderare bona q̄ ex ve
ro ꝓueniunt amore? ¶ Deus qui finaliter cuncta vi
des. tu ordinaſti ſimiliter vt orationes ſint cauſa vie
ꝑpetue paradyſi. nam tibi placuit ordinare/vt ꝑ ora-
tiones ſit rectus aſcenſus ad te: ad celeſtē patriā re-
quiei. vnde benedicta ſit illa ſcala ſanctiſſima/ꝑ quā
ad eternam tuā beatitudinē fit aſcenſus. ¶ O dñe
deus: quādo q̇s incipit tibi puro corde ꝛ ſincera men
te deuotiſſime ſeruire/et te feruenter diligere/ꝛ man
data tua totis ſuis viribus cuſtodire/et ſic de alijs: ꝑ
quibus quis bonus efficit̄ tuus ſeruus: et incipit re-
cognoſcere ſuā miſeriam ꝛ fragilitatem/pro q̇bus ti
bi ſubditū ſe cognoſcit: īmediate incipit aſcendere
ad te deꝰ. ¶ Nemo poſſet exiſtimare bona q̄ ſequū-
tur ex oratiōe ſupplici tibi facta. quia oratio facit hu
milem de ſuꝑbo/et de mēdaci veraciſſimū: et de ipſo
pijſſimū: atq̄ȝ de iniuſto iuſtū: de hoſtibus quoq̄ȝ be
niuolos ꝛ amicos/ꝛ ſic de alijs: q̄re vera oratio vni-
cuiq̄ȝ multū ꝓdeſt. ¶ Tibi dñe deus/oīs benedictio
tribuat̄. quia tu ordinaſti ꝙ vera confeſſio ſit eterne
glorie recta via. vnde laus ꝛ gloria tibi deo: qui ordi
naſti in hoc mūdo religioſos homines/ꝛ alios cleri
cos ſeculares: q̇bus ſua peccata tam venialia q̄ȝ mor
talia vnuſquiſq̄ȝ valeat cōfiteri. ¶ Per verā cōfeſſio
nē/ꝛ cordis ꝯtritionē/ꝛ oꝑis ſatiſfactionē: delent̄ in
hoc mūdo oīa genera (quātūcūq̄ȝ ſint grauia) pecca
toꝝ. et tu pater venie īmediate parcis vere cōfitenti-
bus/eis faciēs veram indulgentiam de commiſſis.
¶ Domine deus qui volūtatē reſpicis cuiuſcūqꝫ. tu
ordinaſti vt illi/q̇bus ꝑ confeſſionem omnia facta et
opera hominū declarant̄: iniūgant penitentiā illis/
q̇ eis tāq̄ȝ deo ī hoc ſcl'o ꝯfitent̄. et vt certificēt eos q̄
debeāt fugere/et q̄ querere/ac amplecti. virtus ꝛ be-
nedictio tribuat̄ tibi altiſſimo creatori. qui ordinaſti
vt iuſticia q̄ reddit vnicuiqꝫ qḋ ſuū eſt: ſit cauſa ſalua
tionem ꝑpetuā acquirendi: et inferni cruciamina fu
giendi. quia iuſticia ꝓhibet malis hominibus et per-
uerſis: ne pene formidine ī vetitū labant̄. ¶ Reges/
principes/comites/ꝛ alios magnates in hoc ſeculo
ſtatuiſti: vt iuſticiā teneant et obſeruent/puniant pu
niendos. ꝛ oppreſſos iniuſte ab alijs: ſubleuent ꝛ de
fendant. vtqꝫ in terris pacem a ſuis ſubditis faciant
obſeruari: vt ꝓpter pacem gloria alterius ſeculi deſi
gnetur/et ꝓpter penam quā imponūt malis/ſignifi
centur pene ꝑpetue infernales. ¶ Item tu dñe ordi-
naſti vt elemoſina ſit via celeſtis patrie paradyſi. nā
ꝓpt̄ elemoſinā habēt occaſionē diuites bonū pauꝑi
bꝰ faciēdi. ꝛ ꝓpt̄ elemoſinā acquirūt meritū ipoꝝ bo
noꝝ tēporaliū largitores. vnde tā diuites q̄ȝ paupes
acquirūt celeſtis glorie p̄mia: ꝓpter elemoſinā ordi
natam. ¶ Dñe deus: qui vere ſperantes in tua miſe-
ricordia non relinquis. tu ordinaſti ꝙ ꝓpter penitē-
tiam adipiſcat̄ quies ſaluationis ꝑpetue paradyſi.
quia ſicut ignis purificat aurū: ſic ordinaſti ꝙ pecca-
tores purificent̄ ꝑ veram penitentiā/. et mūdētur ab
omnibus vicijs in hoc mundo. vnde cū tu dñe ſis ſi
ne corruptione aliqua atq̄ȝ ſorde: oportet ꝙ volētes
tibi adherere/īmaculati adhereant loti per peniten-
tiam et mūdati. ¶ Et quia penitentia eſt cauſa ꝛ oc
caſio/tuā celeſtem gloriā acquirendi: oportet vnū-
quēq̄ȝ cupientē gaudia paradyſi/elemoſinas paupe
ribus erogare/et abſtinere a carnalibus cōcupiſcen-
tijs huius mūdi/ꝛ vigilijs inſudare/et ſic de alijs ꝑ
quibus habet locū penitētia ī quocūqꝫ. quia omnia
iſta et conſimilia ſunt opera penitentie in hac vita.
¶ Item tu pater clementiſſime ordinaſti/vt ſatiſfa-
ctio bonoꝝ operū: ſit patefactio celeſtis ianue para-
dyſi. vnde cū in lege catholicoꝝ ſit plenarie ſatiſfa-
ctio ordinata: et hoc perfectius q̄ȝ in fide aliquorum
alioꝝ. idcirco deſignatur chriſticolis ꝙ ipi habēt fi-
dem melius ordinatā ad ſalutē q̄ȝ aliarū credulita-
tū in hoc ſeculo ſecutores. ¶ Deus ſpes vnica ſaluā
doꝝ. tu etiā ordinaſti vt ſpes ſit cauſa hominibꝰ ha
bendi gloriam ſempiternam. quia ſpes ſuggerit no-
bis habere fiduciā in tua miſericordia/q̄ nūq̄ȝ defi-
cit ſperantibus ad parcendū: et ꝓpter ſpem etiā ꝑci
pimus ꝙ tua miſericordia eſt maior ad indulgendū
q̄ȝ ſit poſſe noſtrum vel voluntas ad crimina ꝑpetrā
da. ¶ Itē tu dñe deus ordinaſti vt humilitas ſit cau
ſa ꝛ occaſio homibus: celeſtis regni p̄miū acquirēdi
quia ꝓpter ipſam humiliant̄ locupletes pauperibꝰ
tuis deꝰ: et ꝓpter ipam refecti vſqꝫ ad ſūmitatē oris
epulis/famem eſurientū/ꝛ inopū recordantur. et hu
militas facit etiā homines tuā bonitatē maximā cō
templari: ꝛ facit ab eis ſuas fragilitates et miſerias
recognoſci. ¶ Pater celeſtis deus. quia initiū ſapiē
tie eſt timor domini: tu ordinaſti ꝑ timorē hominem
ad celeſtem patriā. quia ꝓpter timorē/timemꝰ rigo-
rem tue iuſticie/et tuā inumerabilē poteſtatē/et ti-
mor etiā dat nobis ſignū manifeſtiſſimū noſtre hu
mane fragilitatis/et noſtre minime poteſtatis: ꝛ pro
pter timorē reducimꝰ ad memoriā ea q̄ iniuſte ꝑegi
mus in hoc mundo. ¶ In omnem terrā deus exeat
memoria tui nominis glorioſi. quia tu ordinaſti vt
virtus patientie/ſit vna via inter alias paradyſi. nā
patiētia eſt cauſa quare nos ī hoc ſeculo labores/op
probria/deriſiones/et anguſtias ſuſtinemus. ꝛ bre-
uiter eſt cauſa et occaſio patiendi pacifice: quicq̇d pa
timur in hac vita. ¶ Itē placuit tue ꝓuidētie ordi-

nare/vt ꝓpt̃ obediẽtiã ſimus participes tue ꝑpetue requiei. quia ꝓpter obedientiam eſt quilibet ſubdit⁹ ad cõplendã tuã in omnibus volũtatem: et ꝑ eã quiſqꝫ ſue voluntati ꝓprie cõtradicit. quare obedientia eſt cauſa et occaſio eternam beatitudinẽ acquirendi. ¶ Dñe deus qui deuotos corde eligis ad ſalutem. tu ordinaſti ꝙ ꝓpter deuotionẽ ⁊ alias virtutes / homines eternam veniã cõſequant̃. quapropter deuotio eſt vna via introitus glorie paradyſi / ⁊ ꝓpter eã aliaſqꝫ virtutes ſuperius nomiatas/ ac ob ꝗ̃plures alias: quiſqꝫ poteſt intelligere ꝑ ſeipſum ꝙ non ſeqt̃ quis ſine deuotione chriſtianus aliquã viam felicitatis/ beatitudinis tue deus.

¶ Qualiter deus ordinauit diem iudicij.

Deus qui tuis famulis ſua neceſſaria subminiſtras: benedictum ſit nomen tuũ glorioſiſſimũ in eternũ. quia tu ordinaſti ꝙ quando in celeſti patria fuerit cõpletus numerus saluãdoꝝ: tũc nature humane ꝓcreatio terminetur ſuo fine. et tũc dies iudicij icipiat ſubintrare quã tu ſupremã in hoc ſeculo ordinaſti: ĩ qua ſepabũtur boni a malis/ tanꝗ̃ electi ab impijs ad ſalutem. ¶ Dies valde mirabilis erit illa quãdo tu ꝯgregabis puluerẽ et oſſa hominũ/ ſparſa ꝑ diuerſa loca terrarũ. et compones et cõiunges eadem. Reſtituens hominibus illam carnem/ et illa oſſa q̃ inerant eis quando ex iſto ſeculo tranſierunt. et ad faciendũ hec predicta non poterit tibi natura vllo modo reſiſtere/ vel obſtare. ¶ In die iudicij reſurgent oĩa corpora hominum mortuorũ: ⁊ nichil deficiet eis de his q̃ antea in hoc ſeculo habuerũt. et erunt cõpetẽtioris etatis ꝗ̃ vllatenus poſſint eſſe. et tũc recuperabit ſuã animã qđuis corpus. ¶ Tibi pater celi et terre: oĩs laus et benedictio tribuatur. q̇ ordinaſti ꝙ in die iudicij / omnes homines reſurgãt cũ intellectu cognitione ⁊ memoria omniũ q̃ in hoc ſeculo admiſerũt: ſic vt in quolibet ſit certa ſcientia ſententie q̃ cõueniet ei ſecũdũ ſua merita q̃ ſuis operibus acquiſiuit. ¶ Dñe deus qui in hoc mundo tibi ſeruierint puro corde/ ⁊ obedierint tuis iuſſis: ſurgent a ſuis tumulis (in quib⁹ ſepulti fuerint) leti/ hilares/ et iocũdi. quia audituri ſunt illud verbum gratiſſimũ ⁊ amenũ/ venite benedicti/ et ꝑcipite regnũ. ſed peccatores q̃ deceſſerint ĩ peccatis: ſurgent a ſuis tumulis miſerabiles atqꝫ triſtes. quia eis dicetur a te ſupmo iudice. Ite maledicti in ignẽ eternũ. ¶ In die iudicij erũt ſimul electi / tã homines ꝗ̃ angeli in eterna beatitudine tue glorie paradyſi: homies videlicet in corpore et anima: ⁊ tũc ſine fine te benedicẽt/ glorificãtes et exaltantes tuũ nomen glorioſiſſimũ inceſſanter. ⁊ etiã iniuſtis geminabitur ſua pena q̃ nũꝗ̃ fine erit caritura. ¶ Oĩs gloria et benedictio tibi iudex iuſtiſſime tribuat̃. q̃a tu dñe ieſu chriſte ĩ die iudicij apparebis in carne humana beatiſſima: quã in vtero beatiſſime virgĩs aſſumpſiſti. ¶ Et tunc ĩ humano corpore euidẽter omnibus apparebis: vt ab illis quos iudicabis valeas videri. quia ita decet eẽ ordinatũ/ vt tam boni ꝗ̃ mali videant illũ q̃ eos iudicabit: ſecundũ opa q̃ in hoc ſeculo meruerũt. vnde niſi tu tunc formã humanam indueres videri ab aliquibus nõ valeres. quia iiuſti non ſunt digni vllatenus tuam aſpicere deitatem. ¶ Unde mirabiliter ordinaſti dñe deus vt tu in die iudicij/ in carne humana ab omnib⁹ videaris. quia iuſti gaudebũt et exultabũt ĩ tuoꝝ cicatricũ aſpectu: cognoſcent eni tunc ſine enigmate feruorẽ maxime dilectionis/ quam tu in eos tenerrime habuiſti. ⁊ reprobi contriſtabunt̃ ⁊ efficientur flebiles atqꝫ meſti: cũ videbunt vulnera tui corporis atqꝫ plagas. nam cognoſcent ſe a participatione tue beatitudinis eſſe merito alienos et dignos penis perpetuis cruciari. ¶ Iuſte iudex dñe de⁹ ieſu chriſte. ꝗ̃ benedict⁹ erit ille ĩtuitus/ quẽ in die iudicij habebũt iuſti homies de tua humanitate quã in hoc ſeculo a virgine aſſũpſiſti. quia ſicut ipſi videbũt te in humano corpore/ qđ erit vulneribus ⁊ cicatricibus inſignitũ: et cognoſcent illud eẽ ita grauiter flagellatũ ꝓpter nimium amorẽ quẽ nobis tanꝗ̃ tuis filijs habuiſti: ſic dñe videbis aliquos eoꝝ feruore tue dilectiõis eẽ grauiter flagellatos: ⁊ quoſdã qui finaliter mori pro tuo nomine elegerũt. ¶ Q̃ verecũdi ac pleni rubore ⁊ confuſione ſimul erũt illi q̃ nõ ob amorem tuũ ſed ꝓpt̃ vanitates ⁊ põpoſos faſt⁹ hui⁹ ſcl'i: videbũt ſe vulneratos/ et dignis cruciatib⁹ deputatos. ¶ Et ꝗ̃ beati et felices erunt illi/ q̃ in hoc mũdo lauerũt ſtolas ſuas ĩ ſanguine tui agni: et in eo fecerunt eas cãdidas atqꝫ mũdas. vnde tibi pater miſericordie humiliter ſupplico quãtũ poſſum / vt preſtes gratiam tuo populo chriſtiano: abluẽdi in ſanguine agni cõmuni⁹ ſtolas ſuas ꝗ̃ abluerunt vſqꝫ modo. ¶ Saluator mundi deus: ꝗ̃ terribilis dies et amara erit illa peccatorib⁹ quando tu ſtabis in peccatorum medio ac iuſtoꝝ/ ⁊ facies omnibus equitatẽ: quia iuſtos vocabis ad ꝑcipiendam eternam beatitudinẽ paradyſi: et peccatoribus dices illud verbum terribile ⁊ horribile audi tui auriũ cuiuſcũqꝫ. Ite maledicti ⁊c̃. ¶ Ab illa die pſallẽt cõtinue ſine fine/ tam angeli ꝗ̃ homies ſalui laudes ineffabiles tuo nomini glorioſo / ſicut nunc pſallũt cherubin ⁊ ſeraphin iceſſanter. ¶ Et illa eadem die ſimiliter remouebũtur ab intuitu tui vult⁹: demones et peccatores/ plangentes et gemẽtes ſingultibus ſine ſpe miſericordie cõſequẽde: ⁊ tradẽtur penis ꝑpetuis in inferno: vbi erit fletus ⁊ ſtridor dẽtiũ ſine fine. ¶ De⁹ qui ſemp iudicas equitatẽ a tua lata ſententia nemo poterit appellare. nullus eſt eni te ſupior ad quẽ poſſit haberi recurſ⁹: nec ibi ꝓderũt

alicui precia ſiue preces/neqꝫ dabūtur inducie vel tē
poris interualla. quia vnico momento omnes libra
recti iudicij iudicabis. Et gloriā tuā cognoſcēt tam
electi q̄ȝ reprobi/rectūqꝫ iudiciū tui deus: ſic vt vnuſ
quiſqꝫ cognoſcet merito ineſſe ſibi id qđ in eo libra
tue iuſticie iudicauit. ¶ Unde valde eſt mirandum
de peccatoribus huius mūdi qui dū in eo ſunt ⁊ poſ
ſunt eis prodeſſe bona opera/orationes/et preces/et
alia plura bona: nō conanť ad operādū talia: ꝓ qbꝰ
ꝑ tuā gratiā mereanť in alio ſeculo ꝑfrui celeſti glo=
ria paradyſi. ¶ Deus q̄ es vera illuminatio creatura
rū. tu ordinaſti ꝙ ſententia quā laturus es in die iu
dicij in hoc ſeculo ab omnibus metuať. quia tue ſciē
tie (q̄ nichil ignorat) non poſſunt aliq̄ occultari: ideo
nullū malū dimittit in aliquo impunitū. Prochdo
lor maior pars hominū timet plus iudiciū hominū
(qui iniuſte propemodū in hoc mūdo iudicāt vnū=
quēqꝫ) q̄ȝ tuū/qđ tu iuſte omnibus in die iudicij es
laturus. ¶ Cauſa quare homines timent ſepe plus
iudiciū terrenū/q̄ȝ iudiciū tui deus: eſt hec. quia ho=
mines frequentiſſime iudicāt iniuſte alios/ preferen
tes mendaciū veritati: ſed tu ſemꝑ iuſte iudicas eq̇=
tatem. tamē deberet quilibet cogitare ꝙ iudiciū gen
tiū tranſit de facili/durans ꝑ modicū tēporis in hoc
mundo/⁊ idcirco reſpectu tui damnū ex illo ſequiť
valde paruū: ſed tuū iudiciū erit omnibꝰ infinitū et
durabile ſine fine. ⁊ pene/ quas tu infliges peccato=
ribus: erūt ſimiliter ineſtimabiles/⁊ ſine totaliter ca
riture. ¶ Perfecte ſcientie pater omnipotens et im=
menſe: tu in ſūma diſpoſitiōe ordinatiōis diem iudi
cij ordinaſti. quia illa die agnoſcenť ⁊ patefient om=
nibus hominibus gratia ⁊ dilectio/quas tu eis im=
partitus es tanq̄ȝ pater miſericors atqꝫ pius: et ino
bedientie tuorūqꝫ mādatoꝝ poſtpoſitio/quas fue=
rūt ſecuti homines in hoc mūdo. Nam in ipſa die iu
dicij patefiet vniuerſo humano generi: ꝙ tu ꝓpť fer
uorem noſtre dilectiōis/carnē humanā ex vtero bea
tiſſime virginis aſſumpſiſti/et fuiſti illuſus/verbera
tus/conſputus/et finaliter mortem paſſus. ⁊ illa ea=
dem die venient in publicū/qui in hoc mūdo ſecūdū
p̄cepta tua debito modo fuerūt cōuerſati/ et q̄ econ=
uerſo modo ſe aliter habuerunt. ¶ Tūc pater pie di=
ces impijs: nudum me vidiſtis / et me veſte aliq̄ non
induiſtis. eſurientē me vidiſtis/ et me famelicū non
pauiſtis. ſitientem me vidiſtis/⁊ michi non poculū
tribuiſtis. infirmū/⁊ me nō veſtra p̄ſentia viſitaſtis: ⁊
ita de ſingulis pietatis operibꝰ. Unde ve illis quibꝰ
hoc modo īproperaueris illa die. ¶ Deꝰ q̄ noſti nu=
merū ſaluandoꝝ: tu ordinaſti vt dies iudicij ſit termi
nus quo iuſti ab impijs ſeparentur et ecōuerſo: dās
iuſtis eterne beatitudinis gloriā paradyſi / ⁊ penas
impijs ſine fine. ¶ Unde valde eſt recta ordinatio vt
illa die boni a malis totaliter ſeparenť/et nullū bonū
irremuneratū maneat: neqꝫ malū aliquod impunitū

¶ Dies iudicij erit vltimus terminꝰ quo natura ceſ
ſabit ſecūdū ſuū curſum cōſuetū ⁊ propriū operari.
quia poſtea nō erit generatio vł corruptio animaliū
vegetabiliū aut metalloꝝ. ¶ Excellentiſſime dn̄e: q̄
omnibus iudicas equitatem. quia dies iudicij eſt ap
tiſſime ordinata: angeli ⁊ ceteri ſancti exiſtētes in ce
leſti patria/deſiderant quottidie affectanter diē iudi
cij iam adeſſe. ¶ Uerū nō eſt ita de demonibus/ vel
de peccatoribus: quos pene inumerabiles cruciant ī
inferno. quia id ipſi nollent vllatenus: eo ꝙ inordina
ti ſunt et timent ad diē iudicij ꝑuenire. iuſti autē exi=
ſtentes in celeſti patria ſunt ordinati ⁊ deſiderant id
qđ eſt aptiſſime ordinatū. ¶ Dn̄e deus: tu ordinaſti
ꝙ dies iudicij ſit īmediate/quando iuſtarū animarū
numerus ſit cōpletus/q̄ poſſideant gloriā paradyſi
quā per peccatū demones ꝑdiderunt. vnde vt nume
rus eoꝝ citius cōpleatur/ placeat tibi deus multipli
care in nobis ꝑ tuā miſericordiam in hoc mūdo: mu
nus tue benedictiōis/ſcilicet vt digne laudes ſine fi=
ne valeamus impendere voce inceſſabili tibi deo.

## ¶ Qualiter deus ordinauit aliud ſeculum.

DEus qui pacem tribuis bone volun
tatis hominibus: te metuat omnis ho=
mo. quia tu aliud ſeculū diſpoſitione
mirabili ordīaſti: q̄a dediſti cognitio
nem in alio ſeculo angelis/ homini=
bus/⁊ demonibꝰ/de tua maxima bo
nitate/⁊ de tua ineffabili poteſtate / et ſic de alijs vir
tutibus. nam ad hoc vt tue virtutes manifeſte ī alio
ſeculo cognoſcanť: ipſum eſt a te creatum/qui nichil
facis in hoc mūdo vel in alio ſine cauſa. ¶ Dn̄e deꝰ
ſicut eſt iuſtum vt tu ſis infinitus/eternus / ſapientiſ
ſimus/omnipotēs/atqꝫ iuſtus/⁊ omniū virtutū ple
nitudo: ſic eſt iuſtum et cōſonū rōni/ꝙ tu ꝑfectiſſimꝰ
in omnibus virtutibus: in alio ſeculo ab omnibꝰ co
gnoſcaris. ¶ Unde prout decet vt ī alio ſeculo a cre
aturis rationabilibus agnoſcaris/ a quibus laude=
ris/benedicaris/⁊ glorificeris inceſſabiliter ſine fine:
ordinaſti loca in quibus illi habitent / quos infinite
tue bonitatis/maxie oportet eē cognitores. ¶ Deus
indeficiens colūna fortitudinis: tibi omnis benedi
ctio agnoſcatur. q̄ ordinaſti vt iuſti in alio ſeculo ſint
paradyſi glorie poſſeſſores: vt exiſtentes in eo / ꝑ in=
tuitum te fruanť laudantes/⁊ benedicentes: qui eis
tātū bonū miſericorditer cōtuliſti. et ordinaſti ſimili
ter ꝙ in alio ſeculo ſit infernus / quo peccatores pe=
nis inumerabilibus crucientur: vt cognoſcāt tuā iu=
ſticiam in omnibꝰ eē rectā/⁊ ꝙ pondera (q̄ eis infli=
guntur) ipſi merito patiuntur. ¶ Juſti exiſtētes in ce
leſti patria poſt cognitionem ⁊ certificationē tuarū
virtutum: īmediate incipiunt eſſe valde feruentes in
tuo amore/ ⁊ etiā ſunt memores diuerſarū gratiarū:

quas eis miſericorditer ꝑegiſti/ et ob hoc ipſi ſtatim
incipiunt te benedicere et laudare. Sed peccatores q̄
in inferno grauiter cruciant̄/cū ipſi te ab eis ꝑ gratiā
exiſtimant abeſſe/⁊ paradyſi gloriam ſe ꝓpter cul=
pas ſuas totaliter amiſiſſe/ ⁊ ꝙ ad patiendū penas
ꝑpetuas ſunt condemnati:et ſic de multis alijs q̄ ce=
dūt eis multipliciter in grauamē:ipſi tunc penarum
genus pati incipiūt diuerſarū. ¶ Verax dn̄e ī omni=
bus dictis tuis:benedictū ſit nomen tuū glorioſiſſi=
mū in eternū. quia tu ordinaſti ꝙ ſancti gaudeant in
celeſti patria ꝑ ītuitū tui corporis viſibilis apd̄ eos.
nam tu voluiſti verus homo effici/⁊ veram carnē hu
manā aſſumere vt te intueri in gloria poſſent ſancti
⁊ intuendo te voce inceſſabili benedicant ⁊ glorificēt
ſine fine. ¶ Item tu dn̄e ordinaſti ꝙ iuſti glorient̄ in
tua deitate ꝑ intuitū oculoꝝ ſpiritualiū:quibus ſpiri
tualiter eam vidēt. ¶ Valde rationabiliter et diſcre
te ordinaſti dn̄e deus gloriam paradyſi: quia cū in
homine ſint due nature:ſcilicet corporalis et ſpiritua
lis/ob hoc tibi placuit ordinare/ꝙ in te in vtraqꝫ na=
tura homīes glorient̄. q̇a cum ſis verus homo: glori
atur quilibet iuſtus in te/ꝑ intuitū corꝑalem. at q̇a
es ſubſtantia diuina inuiſibilis quo ad oculos cor=
porales:videris a iuſtis ī gloria/ꝑ oculoꝝ ſpiritualiū
viſionem. ¶ Tibi dn̄e deus:omnis laus ⁊ gloria tri
buatur:qui ordinaſti ꝙ in participatione celeſtis glo
rie/alij alijs maioris glorie ſint capaces. ⁊ hoc idē ſe
quitur ꝑ cōtrariū de penis peccatoꝝ:qui in inferni vo
ragine ſubmergunt̄: quia maiorē penā alij alijs pati
untur. ¶ Unde cū in alio ſeculo ſit plus ⁊ minus/ et
hoc tam de gloria q̄ꝫ de pena:ideo ordinaſti in para=
dyſo/loca ſedium diuerſarū:iuxta illud. In domo pa
tris mei manſiones multe ſunt:nam in alijs ſedibus
(vt ſic loquar)reſidebunt angeli/⁊ in alijs ꝓphete/⁊
in alijs apoſtoli/⁊ in alijs martyres/in alijſqꝫ cōfeſſo
res:⁊ ſic de ceteris. Unde ꝓut eoꝝ dignitas plus re
quirit:maioris erunt glorie ꝑceptores. nam diuerſi=
tatē ſediū voco differentiam p̄mioꝝ. ¶ Iſta et eadē
ordinatio ſeruabit̄ a peccatoribꝰ in inferno. quia illi
qui plus peccauerunt in hoc mūdo:maiorē penā in
alio ſeculo patient̄/⁊ in maiorē ꝓfunditatē abyſſi de=
ſcendēt. quia ſecundum plus et minus pene peccato
ribus infligunt̄:⁊ hoc ſecūdū merita eorūdē. vnde ſe
cundū diuerſitatē delictoꝝ/peccatores plus aut mi=
nus in alio ſeculo patientur. nam hec eſt recta ordi=
natio/⁊ recta iuſticia vt peccatores ſecundum pecca
ta diuerſoꝝ generū puniant̄. ¶ Dn̄e deus refugium
noſtre ſpei:tibi omne ſeruitiū tribuat̄. quia tu ordina
ſti vt tam iuſti q̄ꝫ impij cuiuſcūqꝫ ordinis ſint locoꝝ:
ſcilicet tam glorie q̄ꝫ penarū: oēs agnoſcant pariter
ꝙ iuſte cuiuſlibet meritis ſecūdū ſua oꝑa retribuiſti.
¶ Sancti exiſtentes in celeſti patria:ſunt ſubiectum
in quo conſiſtit tua dilectio/tua gratia/tua miſericor
dia:⁊ alie tue virtutes. ⁊ in ipſis ſimiliter cōſiſtūt lau=
des /benedictiones/reuerētie/et honores:qui tibi ab
eis ī ꝑꝑetuū tribuent̄. ⁊ illi q̄ exiſtunt in voragine ī=
fernoꝝ:ſunt ſubiectū in quo cōſiſtūt deſperationes/
fletus, dolores/⁊ gemitus/blaſphemie/⁊ multe alie
paſſiones eoꝝ. ¶ Cum tu dn̄e deꝰ ſis eternus:opor=
tet ꝙ a te ſit ordinatū vt infinite ⁊ ꝑpetuo tua boni=
tas cognoſcatur. ⁊ poſtq̄ꝫ oportet ꝙ tu bonus eē̄ per
petuo cognoſcaris:neceſſe eſt vt ſancti exiſtentes in
celeſti patria ꝑpetuo ſint ſubiectū ad laudandū te et
glorificandū. ⁊ oportet ſimiliter ꝙ habitatores infer
norū ꝑpetuo ſint ſubiectū ad penas ꝑpetuas ſuſtinē
das/vt ꝑpetuo ⁊ infinite agnoſcant maximas ſuas
culpas:⁊ tuam iudicantem ſemꝑ iuſticiā equitatem.
¶ Deus bonoꝝ omniū tributor:benedicat̄ glorioſiſ
ſimū nomen tuū. quia tu ordinaſti ꝙ tam gloria pa
radyſi q̄ꝫ pena infernoꝝ:ſit ineſtimabilis quātitatis.
Quia quāta eſt gloria paradyſi/ ⁊ quāta eſt ſimiliter
pena ſiue paſſio infernalis:tanta videt̄ in alio ſeculo
virtus tue maxime bonitatis/⁊ ſic de alijs tuis vir=
tutibus. ¶ Unde cū tu dn̄e deus/ſis tante excellen=
tie bonitatis:dignū eſt ⁊ ratiōabile ꝙ ſit in alio ſecu
lo ordinatū/vt tu ibi in omnibus virtutibus ſine de
fectu aliquo/ꝑfectiſſimus cognoſcaris. quare cū glo
ria et pena alterius ſeculi/ſit cauſa cur tu eē̄ optimꝰ
cognoſcaris:quis eſt qui alterius ſeculi poſſet exiſti=
mare gloriā ſiue penā? ¶ Celeſtis pater/rex regum:
et dn̄e dn̄oꝝ:tu ordinaſti ꝙ tam gloria alterius ſecu=
li q̄ꝫ pena/ſit inſeparabilis:⁊ nullo modo tranſitoria
vt nūq̄ꝫ fine aliquo terminet̄. Quia ſicut ꝓprie a na
tura ſua caliditas ineſt igni: et nūq̄ꝫ poteſt ipſi abeē̄:
ſic ſanctis exiſtentibus in celeſti patria erit propriū
in te ꝑpetuo gloriari/⁊ peccatoribus (qui in inferno
manſionem propriam elegerūt)erit ꝓpriū ꝙ ibi pe=
nis ꝑpetuis affligant̄. ¶ Dn̄e deus/ ſicut tu ordina=
ſti ꝙ ignis ſit ſubiectū calori:ſic tu dn̄e ordiaſti ꝙ ho
mines in alio ſeculo ſint ſubiecta/in quibus tua ma=
xima bonitas cognoſcatur. vnde cū ipſi non poſſent
eē̄ ordiata ſubiecta/niſi adeſſet eis gloria ſiue pena.
probatur ꝙ gloria nunq̄ꝫ ſeparabit̄ ab illis:qui habi
tatores fuerint paradyſi/nec pene ab illis q̄ tradi in=
finitis ſupplicijs merebūtur. ¶ Dn̄e deꝰ q̄ humanū
genus a poteſtate diaboli redemiſti:tibi laus ⁊ glo=
ria tribuat̄. quia tu ordinaſti ꝙ paradyſi gloria ſit in
celis/ ⁊ infernus terre profundiſſimus in abyſſis.
¶ Cauſa quare tibi placuit ꝙ paradyſus ſit in celis
ſic vt ꝑ oīa loca celoꝝ ſit paradyſus/eſt hec. quia ma
ximū ſpaciū eſt celoꝝ/vt ſancti in eis habitātes ame
nitatis loca habeant ſpacioſa. nam aliter iam nō eē̄t
ibi ꝑfectio plenaria requiei. et cauſa quare voluiſti or
dinare infernū eſſe in ꝓfundiſſimis locis terre:eſt vt
peccatores qui ibi merebuntur propter ſuas culpas
grauiter cruciari:ſint in arctiori loco ⁊ terribiliori: q̄
valeat reperiri. ¶ Dn̄e deus virtutum:quicq̇d tu in
hoc ſeculo ordinaſti/aptiſſime ordinaſti. nā ſapiētes

homines renũciant in hoc ſeculo bonis tẽporalibus huius vite: exorãtes te vt eis pſtare digneris eternã beatitudinem paradyſi/ vbi eſt omnis boni pfectio. propter hoc tu eis tribuis in excellentioribus locis/ et dignioribus qui ſint: pfectionẽ glorie paradyſi. et quia hoĩes mundani ſolis inhiantes bonis temporalibus querunt ſibi bona tranſitoria huius mundi: propter hoc tu ſtatuis eis ĩ alio ſeculo arctiora loca/ viliora/ et horribiliora que poſſint eſſe ad ſuſtinẽdũ perpetuas paſſiones. ¶ De⁹ cuius lucẽ nõ cõprehẽdunt tenebre/ vel caligo: benedicta ſit tua potentiſſima eſſentia in excelſis. quia tu ordinaſti vt ſancti in paradyſi gloria exiſtẽtes tã in aĩa q̃ in corpore: celeſti beatitudine ſint refecti ac tua gratia adimpleti. et ordinaſti ſimiliter q pene ſine fine aſſint habitatoribus infernorũ. ¶ Dñe deus: tu ordinaſti vt quatuor qualitates ſiue cõplexiones inſint moderate iuſtorũ corporibus: vt nullã paſſionẽ ſentiant in ſeipſis: ⁊ vt nulla corruptio inſit eis. et ordinaſti etiã q aĩe iuſtorum corporũ tuã videant deitatem: vt poſt illã viſionem in eis deſiderium nullũ cadat. ¶ Tu etiam ordinaſti p cõtrariũ: q quatuor qualitates inſint diſtẽperate in inferno/ corporibus peccatorũ: vt cadat in eis genus multiplex paſſionũ. ordinaſti ĩſuper vt ipſi minime (ſpiritualiter dico) tuam videant deitatem. ¶ Tibi dñe deus/ omnis laus/ ⁊ gloria inſit ſemper qui ordinaſti: vt ordinatio ſit alterius ſeculi ſine fine et inalterabilis/ ⁊ immutabilis apud oẽs. ¶ Nullo modo aliq̃s vnq̃ poterit ab ordinatione alteri⁹ ſeculi deuiare: ſed non eſt ita de iſto ſeculo: q̃a licet ipſum ſit a te aptiſſime ordinatũ/ nos in eo inordinationẽ ſequimur per noſipſos deuiantes ab ordinatione/ qua tu nos in hoc ſeculo ordinaſti. ¶ Rex immortalis deus: oĩa in hoc mũdo ſunt a te aptiſſime ⁊ rationabiliter ordinata. et totũ aliud ſeculũ eſt ordinatũ/ vt in eo ĩeternũ a iuſtis tua maxima bonitas cognoſcatur. vnde benedict⁹ ſis tu dñe de⁹: q̃ dediſti michi gratiam: vt tã de ordinatione hui⁹ ſeculi q̃ alterius in hac diſtinctione ſim locutus. q̃a vtraq̃ ordinatio oſtenditur in hoc tractatu: eſſe ad honorem ⁊ ſeruitium tui deus.

¶ Incipit duodecima diſtinctio ĩ qua tractatur qualiter deus creauit naturam humanam.

¶ Qualiter dñs noſter ieſus chriſtus/ eſt recreator: propter ſuam maximam bonitatem.

Deus qui p vnigenitũ filiũ tuũ/ humanam ſpeciẽ recreaſti: tibi oĩs laus/ honor/ ⁊ benedictio tribuatur. quia ſicut ad tuã pertinet bonitatẽ habere in ſe iuſticiam/ poteſtatẽ/ ſciẽtiã/ ſapiẽtiã/ et ſanctitatẽ: vniuerſaſq̃ ꝟtutes alias et omnia de nichilo creaſſe: ſic ad eã ptinet ꝓpt ſuã dignitatẽ/ q recreauerit humanũ gen⁹. q̃a recreatio ſanat/ mundat/ ⁊ purificat peccatores a ſuis infirmitatibus/ immũdiciis/ languorib⁹/ paſſionibus: atq̃ culpis. ¶ Dñe de⁹: ſicut eſt cõgruũ ⁊ cõueniẽs rationi q tua deitas ſit noſtra recreatio: ſic exigit neceſſitas tue excellentiſſime bonitatis: vt ab ipſa totaliter recreemur/ propter maximã miſeriã/ ⁊ fragilitatem: que ineſt noſtre hũane nature naturaliter in hoc mũdo. ¶ Sicut creatio eſt ſubiectũ in quo cognoſcit̃ nobilitas ⁊ virtus tue excellentiſſime bonitatis: ſic dñe tibi placuit hominẽ recreare: vt recreatio ſit ſubiectũ in quo pateſiat dignitas ⁊ nobilitas tue maxime bonitatis. ¶ Miſericors dñe ⁊ benigne: gratie munus quod tu feciſti homini in ſui creatione/ ineſtimabilis eſt cuiuſq̃. ſed ſine aliqua cõparatiõe maius donũ: et magis gratuitũ ei ſiquidem tunc feciſti: quãdo eũ in hoc ſeculo recreaſti: eum mundans ⁊ purificans a peccatis. ¶ Cauſa quare recreatio fuit maius bonũ: q̃ creatio hec eſt. quia anteq̃ homo exiſteret nõ merebatur poſſidere gloriã neq̃ penã. ſed poſtq̃ fuit in eſſe/ ⁊ cecidit in peccatũ: tunc ipſe fuit indignus gloriam poſſidere: ⁊ meruit ꝓpter ſui culpam penis perpetuo cruciari. ¶ Unde cum tu dñe de⁹/ recreaueris hominẽ in ea recreatione: recepit ipſe a te maiorem gratiam: q̃ in creatione q̃ ſibi a te primit⁹ fuit facta. quia per tuam recreationẽ mũdaſti eum a peccatis/ pro quib⁹ tua gratia meruerat ſpoliari: ac penis perpetuis cruciari. at creando hoĩem nichil aliud ei feciſti: niſi quia de priuatione eſſendi duxiſti eũ in eſſe/ q̃ ante ſui creationẽ inculpabilis exiſtebat. quare ſecũdum hoc ſequit̃ q quãuis tu bonus viſus fueris ꝓpter creationem: tamẽ melior fuiſti viſus propter recreationem. ¶ Sapientiſſime dñe: cui nichil p ignorantiam eſt abſconſum. maximã culpã que in humanam naturã cecidit p peccatũ nõ eſt aliq̃s qui poſſet tollere ab homine ſeu delere: niſi ſolũ tu/ qui creaſti hominem in meliori ſtatu ⁊ nobiliori: q̃ ceteras creaturas. quia poſtq̃ homo cecidit ꝓpter peccatũ in maiorem vilitatẽ: ⁊ deteriorẽ ſtatum in quo creatura aliqua poſſit eſſe: oportuit vt ille qui eum a tam vili cõditione ⁊ tãta miſeria eleuauit/ haberet poteſtatẽ reparandi eũ ad ſtatũ priſtinũ: ⁊ ad gradũ in quo ante peccatũ ipſum cõſtituerat: atq̃ locauerat. ¶ Unde ſicut nichil ſuffeciſſet ad creandum humanã ſpeciẽ/ niſi ſolũ omnipotens poteſtas tue deitatis: ſic oportuit vt ipſa ab eadẽ eſſet ſolũmodo recreata. quia ſicut natura humanitatis fuit a tua deitate creata: ſic oportuit vt a tua deitate mutaretur humanitas: et eſſet redacta ad ſtatum nobilẽ priſtinũ in quo eã primitus creaſti. ¶ Quare benedictus ſis tu pater miſericordie. quia tã excellens es pre cunctis in bonitate ac perfectus: vſq̃ adeo diſtãt omnia a tua bonitate: q nulla creatura eſt q̃ poſſet ſufficere ad recreandum

humanam ſpeciem niſi tu ſolummodo deus noſter.
¶ Omnes de tua bonitate vnanimiter cõfidamus.
quia ſicut ſolũ ad tuã maximam poteſtatẽ ptinet ad
tuam gratiã/dignitatem/atq; iuſticiam:ꝛ ſic de aliis
tuis virtutibus:vt ab ipſis hũana ſpecies ſit creata:
ſic conuenit tue maxime poteſtati/tue charitati/tue
miſericordie:ꝛ ſic de ceteris ꝙ ab eis a peccato origi
nali ſit humana ſpecies recreata. ¶ Unde tibi domi
ne deus/oĩs laus ꝛ benedictio/ ppetuo tribuat.q̃a
prout tue congruit bonitati:oportet vt ipſa propter
naturã ſue iuſticie:creauerit hoĩes vt ſibi ſeruiant ſi=
ne fine.et propter naturã tue miſericordie recreaue=
rit hoĩes vt ſimul tuam bonitatẽ maximã ceteraſq;
virtutes tuas:voce inceſſabili ſint laudãtes. ¶ Dñe
deus/ſi tua bonitas non recreaſſet hominem poſtq̃
ipſum creauerat:non fuiſſet nobis ſignificatũ tuam
bonitatem eſſe tantã quanta nobis in hoc ſeculo de
ſignat:eo ꝙ ſibi placuit hoĩem recreare. ¶ Dñe ieſu
chriſte/ſicut lignũ ardens nõ eſt cauſa igni:vel occa=
ſio vt in eo ſit calor.nam licet calor inſit igni/ non ta
men ineſt ei ratione ligni ardẽtis:ſed ſuiipſius ſolũ
modo ratione/qui naturaliter ſemp calidus perſeue
rat.ſic humanitas q̃ eſt in te per ſe ſine coniunctione
deitatis:nõ potuiſſet vllo modo eſſe ſufficiens ad hu
manam ſpeciem recreandã. ¶ Dñe ieſu chriſte/ſicut
oportet aliquod pulchrũ edificiũ fieri ſiue cõſtrui ex
pulcerrimis lapidibꝰ apte ſciſſis:ꝛ ex lignis fortiſſi=
mis cõgrue leuigatis:ꝛ ita de aliis/q̃ neceſſaria ſunt
eidem:ſic oportuit vt tua humanitas perficeret/com
pleretur/ꝛ decoraretur per perfectionẽ tue potentiſſi
me deitatis ¶ Q̃plurimũ eſt mirãdũ de geometris
et aſtronomis quomodo poſſunt expẽdere totũ tem
pus ſuum/in natura ꝛ cõputatione inaniũ menſura
rum terre/curſum planetarũ/ac ſupraceleſtiũ corpo=
rum aliorum:ꝛ nõ cõputant neq; exiſtimant magni
tudinem cuiuſlibet virtutũ que ſunt in te: aut maxi=
mam virtutũ multitudinẽ quibus tua ſancta deitas
decoratur. ¶ Potentiſſime dñe: q̃a vulnus peccati
fuit magnũ in hoĩe et ꝓfundũ ꝓpter peccatũ primi
hominis:oportuit eſſe ſalutarẽ medicinã p quã cura
ri potuit illud vulnus. vnde cũ peccatũ originale ſit
vulnus grauiſſimũ:a quo in hoĩem peccata oĩa ꝓue
nerũt. oportuit vt a te pater miſericors et benigne:q̃
nos a peccato originali p recreationẽ penitꝰ abluiſti:
proceſſerit illa medicina ſanabilis q̃ miſericorditer
nos creauit. ¶ Si medicina p quã vulnus originale
ſanari oportuit a peccato/nõ habuiſſet maiorem vir
tutem ſanandi:q̃ vulnus grauitatem: vulnꝰ curari
nullatenus potuiſſet. vnde propter hoc te dominum
deum oportuit incarnari.ꝛ tuo precioſiſſimo ſangui
ne ſanare vulnus quod ſanari aliter adeo congrue
non valebat.qui ſanguis fuit maioris virtutis ſanã
di ſine comparatione aliqua:q̃ vulnus graue exiſte=
ret ad ſanandum. ¶ Cum ergo tu recreator humani
generis ſis in omnibus virtutibus pfectiſſimus/de
cens eſt ꝛ conueniens rationi:vt humanũ genus a te
dño creatũ:ſit potens ꝛ validũ tanq̃ illud cui forma
viuendi rectiſſime eſt impreſſa. ¶ Dñe deꝰ/qui exem
plum ꝛ doctrinã recte cõuerſandi nobis in hoc ſecu
lo prebuiſti:tibi laus/ꝛ gloria ſine fine.quia tu recrea
ſti humanũ genus tuo ſanguine precioſo:vt tuũ cor
pus gratioſiſſimũ/ſit exẽplum ꝛ forma impreſſa om
nibus hoĩbus:qualiter in ipſis feruor tue maxime di
lectionis/deuotionis/ſeruitij/ ꝛ deſiderij impmatur
que omnia affectanter tibi debẽt reddere recreatori.
¶ Dñe ieſu chriſte/per cuius recreationẽ nobis ppe
tuo adeſt ſalus.tuũ latus ſanctiſſimũ lãcea pforauit:
et tantũ in ꝓfunditatẽ tui corporis ſubintrauit: ꝙ ti
bi per locũ mediũ cor diuiſit.vnde ad exẽplum ꝛ ſimi
litudinem fuiſti oĩa iſta paſſus:vt ſicut ferrũ lãcee in
trauit cordis locũ profundiorẽ tui dñi ieſu chriſti:ſic
propter profunditatem illius ictus/a natura huma=
na/grauius peccatũ ꝛ profundius auferret. ¶ Jeſu
noſtra redẽptio.tuum corpus valentiſſimũ ſuſpen=
ſum in cruce/fuit ita fructibus oneratũ:ſicut arbores
que in hoc ſeculo fructũ q̃plurimũ ferunt. quia tota
crux in qua tu dñe pependiſti: fuit plena et onerata
amore/miſericordia/pietate/iuſticia/gratia/ humili
tate/et patientia:cunctiſq; virtutibus. ¶ Dñe deꝰ/ſi
cut tu propter maximã abundantiam virtutũ:huma
nam ſpeciem recreaſti:ſic nos ꝓpter defectũ earũdẽ
non curamus facere ea propter que valeamꝰ ad eter
nam beatitudinem ꝑuenire. ¶ Quis poſſet exiſtima
re maximum defectũ virtutum:quo repletur huma=
na ſpecies in hoc mundo.quia nos videmꝰ aſinã ſe
per ripam altiſſimã ꝓicere:ſi per eã ſuũ filiũ videat
cecidiſſe.ꝛ nos q̃ ſumus creature rationales ſcimꝰ ꝛ
cognoſcimꝰ pro recreatione humani generis in cru
cis patibulo te ſuſpenſum fuiſſe ꝛ nullus eſt quaſi q̃
amore tuo ſe alicui generi mortis tradat. ¶ Eſt ne
aliqua temeritas/que cũ iſta pdicta valeat cõparari:
in qua creature irrationales:habeant adinuicẽ alte=
ram alteri maiorem dilectionem q̃ hoĩes qui pollẽt
intellectu ꝛ ratione ſuo deo ꝛ dño/qui eos redemit
a diaboli poteſtate. ¶ Rex glorioſiſſime ꝛ eterne.ſi=
cut p motum mole velociſſimum teritur granũ tri=
tici:ꝛ ab ea mola farina minutiſſime defluit ac ema=
nat:ſic ſemper quãdo ante noſtros oculos ponitur
ſignum crucis deberent continue lacrimis emanare
¶ Sicut molendinum per circũuolutionem velociſ=
ſimam molit triticum:ſic rogo te dñe ieſu chriſte: vt
mentem meam ꝛ memoriam/ducas circa tuam be=
nedictiſſimam paſſionem:vt mei oculi fundãt lacri=
mas et cor meum ſuſpiria:ſicut farinam tenuiſſimã
fundunt mole. ¶ Diu eſt domine deus ꝙ mei oculi
non effuderũt lachrimas:nec cor meum ſuſpiria/nec
mea labia laudes tuas.quia ego corde meo tuã non
recolui paſſionem:quam tu propter recreationẽ hu=

mani generis voluiſti in hoc ſeculo ſuſtinere. ❡Deꝰ bonorum omniū tributor/amariſſimas paſſiones quas tu ſuſtinuiſti ꝓ hūana ſpecie recreāda probdolor fere quilibet obliuioni tradidit iſto tēpore in quo ſumus.⁊ magis reminiſcimur carnaliū voluptatum in mortē ducentium ſine fine qꝫ preceptorū tuorum que nobis ſempiternam requiē adminiſtrant ❡Qꝫ pene perpetue ſequentur omnes illos abſqꝫ vlla miſericordia:qui ſunt immemores maxime gratie quā feciſti eis quādo eos per tuū precioſum ſanguinem recreaſti.quia multo melius eſſet eis non fuiſſe a te dño recreatos qꝫ modo a te ꝑ tuā paſſionem amariſſimam redemptos:poſtqꝫ propter peccata ſua penis perpetuis deputātur. ❡Dñe deus poſtqꝫ tantā gratiam que eſt ineſtimabilis humano generi preſtitiſti quando ipſum tibi ab originali peccato placuit recreare:dignare ei per tuam miſericordiā hoc preſtare:vt nunqꝫ tue paſſionis amaritudinem/ei obliuio deleat.ſed ſemper habeat in memoria paſſionem tui domini ieſu chriſti ⁊ gloriam tui deus.

❡Qualiter incarnatio perſone filij/ deleuit peccatum originale.

DEus qui per veram recreationem humanū genus a miſeria liberaſti ī quo ꝓpter lapſum ꝑmi hominis fuit peccatum : tibi oīs laus/et omnis benedictio tribuat.quia tu releuaſti ipm reponēdo id in gradu priſtino in quo prius ipſum poſueras quādo primū hominem creaſti. ❡Domine deus tantum fuit natura humana tunc tēporis exaltata/quando tu carnem humanā ex virgine aſſumpſiſti:ꝙ graue peccati viculū/ꝓpter ipſam fuit penitus diſſolutum/ſic vt tunc diabolus perdiderit ſuū poſſe/qđ prius habebat in hominibꝰ propter peccatum inobediētie ꝓthoplaſti. ❡Tante dignitatis/tante ſanctitatis/et tante virtutis eſt dñe deus tua glorioſiſſima deitas:ꝙ propter ipſam oportuit naturā humanā quā perſona filii aſſumpſit ab omni peccato ⁊ ab omni culpa totaliter eſſe lotam. nam propter maximam conuenientiā vnionis que fuit facta inter naturā diuinam ⁊ humanā: oportuit de neceſſitate nichil in humana natura vicij remanere.quia aliter cum diuinā non potuiſſet vllatenus eē iuncta. ❡Sicut tua deitas pater omnipotēs/eſt potens vt de non eſſe in eſſe quecūqꝫ velit/deducat : ſic tua deitas eſt omnipotēs mundare ⁊ purificare naturam humanam ꝓpter recreationē. ❡Domine deꝰ ſicut res priuata eſſe non habet aliquam poteſtatem tibi reſiſtendi:ſic nichil habens eſſe/tue poteſt reſiſtere voluntati de his que tibi placet ordinare. Quia ſicut minima gutta aque/quando in ignem cadit maximum/cito conſumitur ⁊ deletur : ſic tante tua deitas eſt virtutis/ꝙ in aſſumptione humanitatis perſone filij/ab ipſa hūanitate deleuit peccatum quodlibet:⁊ mundauit. ❡Deus vita/⁊ conſolatio beatorū: ſicut natura humana ante tuam carnis aſſumptionem diſtabat plurimum a natura tue deitatis : ſic tu poſtea per eius aſſumptionem ad eam humiliter acceſſiſti: intantum ꝙ ipſam naturam humanā plenarie aſſumpſiſti. ❡Si natura humana fuiſſet ita potens:vt tue potuiſſet reſiſtere voluntati ⁊ te dominū fugiſſe potuiſſet:ſic vt ab ea nullatenus carnē aſſumpſiſſes:fortaſſe(quod tamē mirabile eſt)libenter hoc feciſſet:ſi hoc vllo modo potuiſſet .quia ſua natura ei attribuit ratione ſue fragilitatis ⁊ miſerie plus inferius deprimi:qꝫ ſuperiꝰ eleuari : ſed tu propter tuā benigniſſimam omnipotentiā eā aſſumpſiſti. ❡Niſi tu dñe deus:propter tuā benignitatem ⁊ potentiā ad naturam humani generis acceſſiſſes/nunqꝫ ipſa ad te propter ſuam miſeriam conſcendiſſet.⁊ niſi tu ſuam naturam totaliter aſſumpſiſſes/nunqꝫ natura humana fuiſſet a te in hoc ſeculo ita congrue recreata:imo ſine fine fuiſſet ſubdita diaboli poteſtati.

❡Sanctiſſime dñe/miſericors ⁊ benigne feruor veri amoris eſt tante virtutis et potētie:ꝙ propter ipm cupimus ea que prius in mente noſtra odio habebamus.vnde cum nos ſic ab amore vniuerſaliter adiuuemur:quanto plus amor qui vniuit tuā deitatem ⁊ humanitatem/fuit cauſa ⁊ occaſio vt omne peccatū ab humana ſpecie deleretur/eo ꝙ ſecum tantam habuit vnionem. ❡Quid fuiſſet illud quod potuiſſet totam humanam ſpeciē recreaſſe: niſi humana natura quam tu aſſumpſiſti fuiſſet purificata ⁊ mundificata a crimine prothoplaſti/propter vnionem quam habuit cum diuina natura? ❡Benedicta ſit domine deus diuine nature excellentia tue bonitatis.quia tātum in bonis oībus eſt abundans/ꝙ ipſa ſufficit ad recreandum nature humane ſpeciem quā aſſumpſit et eſt potens recreare quēuis hominem qui baptiſmum receperit vera fide. ❡Glorioſiſſime rex eterne ſicut in humanam naturā cecidit maius malum et grauius damnū/propter peccatū originale qꝫ ꝓpter aliquid aliud:ſic maius bonum et maior vtilitas affuit nature hūane ꝓpter aſſumptionem carnis quā perſona filij aſſumpſit et cauſa cuius extitit recreata qꝫ propter cetera que aliter inſunt ei. ❡Dñe deus qꝫcquid mali ⁊ damni cecidit in humanam ſpeciem propter delictum primi hominis:totum fuit ab ea remotum per īcarnationē:quam tu dñe aſſumpſiſti ex vtero beate virginis glorioſe. ❡Tua glorioſiſſima incarnatio dñe ieſu chriſte/magis noſtram naturam humanam miſericorditer exaltauit/qꝫ propter peccatum oppreſſa primi hominis extitiſſet. nam maior dignitas et honor eſt humano generi/ꝙ homo diuine eſſentie vniatur/qꝫ ſit ei culpa inobedientia/et tranſgreſſio prothoplaſti. ❡Domine ieſu chriſte/

ſicut aliqua corpora de vna qualitate in aliam natu-
raliter tranſmutant/⁊ hoc ſecundum qualitatũ mo-
dicam vel maximam poteſtatē:ſic propter vnionem
que fuit facta īter tuam deitatē ⁊ humanitatē quam
a virgine aſſumpſiſti/fuit humanũ genꝰ a ſtatu pri-
mo ſuo penitus tranſmutatũ:⁊ a peccato primi ho-
minis factum īmune ⁊ mūdum. ¶Si bona inſertio
que in fructiferis arboribus inſeritur habet virtutem
et ꝓprietatē/naturam male ⁊ infructifere arboris al-
terandi.⁊ hoc in bone ⁊ fructifere arboris naturam:
quanto ergo magis tua diuina natura habuit maio
rem virtutem ſine cōparatione aliqua/mundandi et
purificandi humanam ſpeciē a peccato ꝓpter vnio-
nem quam habet cum eadem. ¶Dñe deus cum ſol
propter ſui claritatem ⁊ caliditatem conſumat fumo
ſitates ⁊ groſſitudinem aeris:⁊ eleuet a terre facie ne
bulas ⁊ paludes:quāto magis tu qui ſolem ⁊ omīa
creata alia creaſti/potuiſti peccatum originale ab hu
mano genere conſumere ⁊ leuare. ¶Dñe ieſu huma
ni generis recreator:ſicut tu nobilitaſti ⁊ honoraſti ⁊
magnificaſti humanitatem quā tibi in hoc ſeculo aſ
ſumpſiſti/ex eo quia eam cū deitate ſimul adunaſti:
ſic honoraſti ⁊ magnificaſti omnia humana indiui-
dua.qa voluiſti ꝙ quilibet homo eſſet de genere ſan
guinis atq̄ carnis/de quo fuit ſanguis ⁊ caro quē ⁊
quā tu redēptor oīm aſſumpſiſti. ¶Dñe ieſu chriſte
ſicut tua humanitas fuit honorata/ magnificata/et
totaliter exaltata/propter id ꝙ ipſa que habet princi
pium fuit vnita cum tua deitate carēte principio ter-
mino atq̄ fine:ſic tota noſtra hūana natura fuit no-
bilitata ⁊ exaltata:quia tua hūanitas voluit pro no-
bis pati diuerſas in hoc ſeculo paſſiones. ¶Benedi
ctus ſis ergo miſericors deus/qui propter tuā eter-
nitatem ⁊ propter perfectionē tuarū virtutum tuam
humanitatē honoraſti:⁊ eam excellentiſſime exalta-
ſti:qua totum humanū genus q̄plurimū decoraſti.
¶Clementiſſime dñe qui omnibꝰ gentibus dñaris
Cum tu propter tuam incarnationem ⁊ paſſionē pec
catum deleueris prothoplaſti:tibi humiliter ſuppli-
co ⁊ deuote:vt tu per tuam miſericordiam cuncta no
ſtra peccata deleas atq̄ culpas. ¶Cum tu domine
deus quēlibet hominem a primi hominis munda-
ueris(ſi vult)peccato:placeat tibi per tuam piiſſimā
miſericordiam ꝙ iſtud per fideles precones tuos et
nuncios omnibus mundi nationibus nuncietur.qa
peccatis noſtris exigentibus valde modice parti ho
minum iſtud eſt cognitum. ¶Unde poſtq̄ propter
tuam recreationem tantam gratiam humano gene-
ri contuliſti:q̄ infelix erit ille qui in vita ſua non co-
gnoſcet tantum beneficium ſibi factum? ¶Dñe deꝰ
vera conſolatio miſerorum:tibi laus ⁊ gloria perpe-
tuo tribuatur.quia tu ꝓpter maximum feruorē amo
ris quem humano generi habuiſti:de tua humanita
te ſanctiſſima feciſti ſacrificium deo in hoc mundo:
vt humanum genus a peccato primi hominis mun
daretur. ¶Qꝫ tu domine ieſu chriſte nos pre ceteris
dilexeris:iſtud patet.quia pro redemptione noſtra te
ipſum morti finaliter tradidiſti/relinquēs nobis exē
plum vt ſimiliter propter te mori in hoc ſeculo nulla
tenus metuamus ¶Domine deus noſtrum refugiū
ſingulare:cum tu tot ⁊ tanta feceris ⁊ ſuſtinueris pro
humano genere redimendo/quid illi qui in hoc mū
do nichil boni amore tui fecerūt tibi poterunt reſpō
dere? nonne eorum conſcientia ipſos iudicabit quo
uis cruciamine eſſe dignos:⁊ eos omino mortis eē
reos? ¶Recreator humani generis ieſu chriſte:ī hoc
ꝙ tu in ligno ſancte crucis humanum genus ꝑ effu-
ſionem tui ſanguinis redemiſti/ipſum debito maxi-
mo oneraſti: adeo ꝙ omnes hoīes tenentur tibi to-
tis ſuis viribus ſeruire dum vixerint in hoc mundo.
¶Tanto ergo pondere debiti nos dñe oneraſti: vt
illud non poſſit cor alicuius aliquatenꝰ cogitare/nec
os depromere/nec in alicuiꝰ ītellectu cadere. ¶Dñe
deus/cum tu propter tuam mortē ſalutiferam / nos
a peccato redemeris prothoplaſti/et nobis cauſam
efficaciſſimam te dederis diligendi:⁊ toto poſſe no-
ſtro tibi perpetuo ſeruiendi:tuam miſericordiam hu
militer imploro/ꝙ ipſa dignetur accendere corda no
ſtra in feruorem amoris maximum tui deus.

### ¶Qualiter genus humanum fuit recreatum propter paſſionē ſanctiſſimā ieſu chriſti.

DEus qui viam pacis vis a tuis famu
lis obſeruari/tibi ſoli laus et benedi-
ctio tribuantur: qui recreaſti huma-
num genus per multam patientiam
in hoc mundo. ¶Tu dñe ieſu chriſte
fleuiſti/ſuſpiraſti/ ⁊ gemuiſti: vt nos
propter has paſſiones tuas amariſſimas recreares:
quia in ipſa tua beatiſſima paſſione ſuſtinuiſti mul-
tiplex genus amariſſimum patiendi. ¶Quis poſſet
exiſtimare labores/paſſiones / ſeu anguſtias: quas
tu paſſus fuiſti pro hūano genere ieſu chriſte? nam
tu vt ipſum a peccato redimeres/pro eo fuiſti finali-
ter mortem paſſus. ¶Sapiētiſſime dñe/ miſericors
et benigne ſicut claritas lumini ineſt ſolummodo
propter ignem:ſic recreatio humani generis ineſt no
bis ſolum propter paſſiones amariſſimas/ quas tu
in hoc ſeculo toleraſti. ¶Domine deus ſicut lucer-
na ardens/eſt tota plena luce et ſplendore intra ſe:
ſic tuum corpus beatiſſimum fuit totum plenum do
loribus/anguſtiis/anxietatibus/contumeliis/et de-
riſionibus:q̄plurimiſq̄ paſſionibus aliis/ quando
tibi humanum genus placuit recreare. ¶Domine te

ſu chriſte/ſicut tu totum humanum genus diuerſis
paſſionibus in hoc ſeculo recreaſti/ et ſubiiſti mortē
finaliter pro eodem:ſic eſt decens/et conueniens ra
tioni:vt talis dn̄s qui pro nobis ſuſtinuit tot et tan=
ta ab omnibus generaliter benedicatur inceſſabili=
ter et laudetur:atq; pro ipſo non dubitem⁹ conſimi
lia ſuſtinere. ❡Ueraciſſime dn̄e ſalus noſtra/q̄ faci
le eſt nobis dicere/ꝛ verbotenus confiteri:ꝙ propter
te om̄ia aſpera patiamur:ſed iſtud eſt nobis ad actū
ducere valde durum:ꝛ a volūtate noſtra penit⁹ alie=
num. ❡Benedicta ſit dn̄e de⁹:tua ſanctiſſima eſſen
tia.quia tu dediſti gratiā ꝛ poteſtatem/tuo filio glo
rioſo: ꝙ ita eſſet ſibi leue et facile pati penas/ ſicut et
dicere.quia nos in die tui obitus ita tenerrime dile=
xiſti:ꝙ pati mortē ꝛ ceteras paſſiones/fuit tibi valde
gratum et amenū ❡Domine ieſu chriſte ob id/quia
oportunum fuit per ſanctiſſimā paſſionem tuam q̄
plurimos recreari.decēs et rationabile fuit tuū cor=
pus eſſe ſubditum diuerſis penis et paſſionibus in
hoc mūdo/et vt mors tua eſſet valde anxia ꝛ amara.
quia ſicut per mortem tuam debebant q̄plures ho=
mines recreari:ſic debebant adeſſe morti tue diuer=
ſa ſupplicia et tormenta. ❡Eterne domine qui vt p̄=
ſentia cūcta vides:tibi laus et benedictio. quia ſicut
in primo homine fuit corrupta humana natura ꝛ to
taliter viciata propter concupiſcentiam temporaliū
voluptatum:ſic domine fuit congruū rationi/ ꝙ hu=
mana natura recrearetur per patientiam et toleran=
tiam anxietatum/dolorum/amaritudinum/ꝛ labo=
rum. ❡Tu ſolus altiſſime ieſu chriſte: voluiſti hu=
manam ſpeciem recreare.ꝛ cauſa quare tuipſe ſolus
eam voluiſti recreare eſt iſta:vt ſignificaretur ꝙ ſicut
creare per tuam bonitatem hominem oportuit tuā
deitatem:ſic ipſum a te oportuit recreari/q̄ in deitate
et humanitate ſimul es vnitus. ❡Amariſſimi dolo
res:ꝛ grauiſſimi labores quos tu pro nobis in hoc
ſeculo toleraſti: manifeſtant noſtram recreationem
tibi fuiſſe valde amabilem ꝛ nobis valde neceſſariā
ad ſalutem.quia quanto plura ꝛ maiora fuerunt tua
cruciamina ſeu tormenta:tanto maiorem dilectionē
habuiſti ad humanam ſpeciem recreandam. ❡Po
tentiſſime dn̄e qui non derelinquis in tua miſericor=
dia confidentes/ſicut totus mundus fuit corruptus
propter peccatum hominis prothoplaſti:ſic cōgruū
fuit ꝙ ille qui neceſſario eſſe debuit recreator/eēt ho
mo pariter atq; deus.quia mundus recreari nullate
nus potuiſſet:niſi per eſſentiam/ que de⁹ eſſet ſimul
atq; homo. ❡Cauſa quare oportuit recreatorē mun
di eſſe diuinum eſt iſta.quia homo per ſe non poſſet
habere tantam dignitatem vel virtutem.vt ad recre
andum mundum eſſet ſufficiēs.nam ſicut aliud pre=
ter te deus non poteſt habere dignitatē creandi mū=
dum:ſic nichil aliud preter tuam deitatem recreandi
mundum poteſtatem habuit aut dignitatē. ❡Cau=
ſa quare congruum fuit recreatorem mundi eſſe ho=
minem eſt hec.quia cum doloribus/laboribus / an=
guſtiis/ꝛ morte finaliter: mundum oportunum fuit
recreari.vnde cum iſta predicta in tua nequeant ca=
dere deitate:congruum fuit vt humanitati tua dei=
tas vniretur:in qua eſſet illa cauſa efficaciſſima cur
humanum gen⁹ congruum fuit recreari. quare tua
diuina eſſentia pater omnipotens exaltetur. q̄a niſi
(vt predixi)hūanitati tua deitas vniretur : ſuſtinuiſ=
ſe labores/anguſtias/ꝛ dolores:ac tandem mortem
nullatenus tua humanitas potuiſſet. que omnia ſu
ſtinuit propter vnionē quā habuit cum tua glorioſiſ
ſima deitate. ❡Dulcis domine ꝛ ſuauis:ſicut granū
tritici non poteſt pullulare/ neq; multiplicari donec
in terra mortificatum fuerit et etiam corruptum/et a
forma ſua totaliter ſpoliatum.ſic congruū fuit ꝙ cor
pus tuum eſſet mortificatum:ac diuerſis penis ꝛ paſ
ſionibus afflictum: vt nobis ſalutiferum fructū fer
ret:ꝛ nobis eternam paradyſi beatitudinē tribueret.
❡Nemo poſſet exiſtimare fructum gratioſum et ſa
lubrem:qui nobis affuit ratione paſſionis tui corpo
ris.quia tua ſancta paſſio non ſolum humanam ſpe
ciem reſtaurauit:verū ꝛ quecunq; in hoc ſeculo ſunt
creata.nam niſi homo fuiſſet recreat⁹ omnia q̄ ſunt
facta ad ſeruitium hominis inordinata exiſterent in
hoc mūdo.vnde propter ordinationem ad quā fuit
reuerſus homo propter recreationē tui dn̄i ieſu chri
ſti:omnia que ſunt creata/ordinationem ad ſeruitiū
hominis reſumpſerunt. ❡Deus cuius magnitudo
omnibus dn̄atur.ſicut ſtrēnuus miles propter ſuam
probitatem ꝛ audaciam quando eſt in bello multa
vulnera recipit atq; ict⁹/ꝛ hoc vt ſuos ſuꝑare valeat
inimicos:ſic domine vt peccatum primi hominis cō
grue deleret oportunū fuit tuum corpus pati in hoc
ſeculo q̄plures amariſſimas paſſiones / et grauiter
vulnerari. ❡Domine ieſu chriſte non modo tuū cor
pus beatiſſimum diuerſas fuit paſſum in hoc ſeculo
paſſiones et tormenta ob peccatum hominis ꝓtho
plaſti:verum propter vniuerſos quorū extitit ille pri
mus pater. ❡Tuum preterea corpus miſericors do
mine/non ſolum fuit paſſum atq; flagellatū / ꝓpter
illos qui ipſum confixerunt:ꝛ qui ipſum finaliter oc
ciderunt:imo propter omnes illos qui te in hoc ſecu
lo deriſerunt:atq; omnimode contempſerunt/et pro
pter eos maxime qui non recognouerunt tibi amorē
ſeu gratiam quam eis vt miſericors tribuiſti propter
quos tuum corpus morti finaliter tradidiſti ❡Juſta
rum precum exauditor dn̄e/ſicut tu mortificaſti tuū
corpus glorioſiſſimum:vt nos perpetuo viueremus:
ſic peccatis noſtris exigentibus nos mortificamus
quotidie carnem noſtram:vt anime noſtre peccatis
perpetuo moriantur. ❡Dn̄e ieſu chriſte ſicut feruor

maximi amoris/quem humano generi habuiſti/ fuit
cauſa efficaciſſima tue mortis:ſic per contrarium q̇-
libet vſqꝫ adeo ſeipſum diligit ꝙ propter timorẽ mor
tis qui ineſt vnicuiqꝫ conatur toto poſſe ſuo/viuifica
re corpus proprium quantũcunqꝫ valet in hoc mun-
dō. vnde in tãtum curamus ⁊ ſumus ſolliciti noſtris
corporibus dare vitam:ꝙ mortificamus noſtras ani
mas in peccatis. ¶ Cũ amor fuerit cauſa tui obitus
amor vero quem nos nobiſipſis habemus ſit cauſa
et occaſio viuificationis noſtrorum corporum:quan
do erit dies illa qua noſter appetitus ⁊ deſideriũ trã
mutentur/ ita ꝙ ſi nunc deſideramus viuere propter
bona temporalia poſſidenda/tunc deſiderem⁹ mori
propter cultum tui nominis ampliandum. ¶ Glo-
rioſiſſime orbis rector/ſi forte aliquis ignorat ama-
ras huius ſeculi paſſiones te in ligno crucis aſpiciat
crucifixum:quia ibi videre poterit cognoſcere ⁊ per-
cipere multiplicia malorum ⁊ peſtium genera/ q̄ hu-
manum corpus pati queat in hoc mundo. ¶ Si ite-
rum eſt aliquis forſitan qui amore careat/patientia/
deuotione/ſpe/humilitate/continentia/iuſticia/mi-
ſericordia/ac veritate:in cruce reſpiciat te ſuſpenſum
quia omnes iſtas virtutes:⁊ q̃plures alias in te po
terit ſpeculari. ¶ Non eſt mirandum ſi illi ignorant
labores/dolores/⁊ anguſtias huius mũdi: qui te in
cruce non intuentur confixum/⁊ qui non percipiunt
quid in cruce tua ſalutifera deſignatur. nec eſt miran
dum etiam ſi illi virtutes totaliter perdiderint:q̇ eas
non imaginantur et cernunt in te domino crucifixo.
¶ Dñe deus qui comples opere:quecũqꝫ pollicitus
es ſermone. ſicut tu lignum crucis q̃plurimum ho-
norasti quando in ipſa humanam ſpeciem recreaſti:
ſic per tuam clementiam honora ⁊ adorna humana
corda taliter:vt ſint valde calefacta in amore tui do-
mini ieſu chriſti:⁊ vt ſemper habeant in memoria tu
am beatiſſimam paſſionem. ¶ Cũ ergo miſericors
domine/tu nos in ligno ſancte crucis per tuã recrea
ueris paſſionem clementer ⁊ ſuppliciter te rogam⁹:
ꝙ in hac valle mundi miſerie nos protegas ab inſi-
diis inimici:vt poſt vitam huius ſeculi ad felicitatẽ
poſſimus eterne beatitudinis peruenire. ¶ Flexis
genibus ego ſeruus tuus humiliter tuam miſericor
diam imploro/ꝙ ſicut dediſti michi gratiam complẽ
di hanc preſentem diſtinctionem:ſic des michi gra-
tiam complendi ceteras ſubſequentes. quia tam pre
terite q̃ future omnes ſunt ad laudem et gloriam
tui deus.

¶ Incipit decimatertia diſtinctio in qua tractatur
de voluntate diuina.

¶ Qualiter omnia bona procedunt
a voluntate diuina.

DEus qui non claudis vere te inuocã-
tibus aures tuas:tibi laus ⁊ gloria ĩ-
pẽdatur. qui diuiſiſti ĩ hoc ſeculo om
nia bona in duas ꝑtes:ſcilicet in pri-
mum bonum ⁊ ſecũdum. vnde p̄mũ
et ſummum bonum/eſt tua benedi-
cta eſſentia:⁊ quecunqꝫ ad tuarum virtutum ꝑtinẽt
dignitatem:ſecundum ⁊ infimum bonum eſt noſtrũ
eſſe:⁊ omnia alia que in eius cedunt vtilitatem/com
modum/et honorem. ¶ Domine deus/tu approba-
ſti primo ⁊ ſummo bono laudem/amorem/ reueren
tiam/atqꝫ honorem:quia omnia iſta debẽt attribui
tue excellentie bonitatis. ¶ Domine deus/ex volũ-
tate tua procedit vt homines tibi ſeruiant/te adorẽt
metuant/atqꝫ laudent:eo ꝙ tu bonorum noſtrorum
omnium es amator. ⁊ maxima vtilitas accidit no-
bis ex impenſione tui ſeruitij/⁊ honoris. ¶ De⁹ om-
nia preſciens ab eterno/ſicut tu es ſumma bonitas
ſic oportet ꝙ tu malis ſumma bona/ q̃ infima. ergo
illa bona que ordinate procedunt a voluntate ꝑ aſpe
ctum prime intentionis:debent magis appeti q̃ illa
que per aſpectum ſecunde intentionis in hoc ſeculo
appetuntur. quia ſunt ſine comparatione aliqua me
liora. ¶ Unde cum bona que nos poſſidem⁹ ſint mi
nora:⁊ virtutes que ſunt in te maiora: non eſt dignũ
neqꝫ conſonum rationi vt tu velis eque bonum no-
ſtrum/ſicut ⁊ tuũ. ¶ Propter hoc quia bona tua ex
cedunt ſine comparatione aliqua bona noſtra : ſub
duntur bonis tuis merito bona noſtra. vnde pro-
pter id ſequit̃ ꝙ bona tua debeãt appeti per aſpectũ
prime intentionis:⁊ bona noſtra per aſpectum ſecun
de. ¶ Tibi dñe de⁹ omnis laus ⁊ reuerentia tribua
tur. quia ſicut bona tua excedunt bona noſtra ꝓpter
eternitatem. ſunt enim bona tua eterna / non haben
tia principium neqꝫ finem: ⁊ bona noſtra habent pri
cipium prout patet:ſic eſt decens vt velis multo ma
gis ꝙ tua bona maxima/ab hominibus cognoſcan
tur q̃ bona tribuantur que nos agimus nobiſipſis:
quia omnia bona ſolo debent attribui tibi creatori.
¶ Quia in eo ꝙ bona humana habent principium
et de facili alterantur ⁊ in quolibet finitantur:nõ eſt
rationabile ꝙ intantum debeant appeti ab aliquo
ſicut bona tua diuina que carent principio atqꝫ fine
et non poſſunt vllatenus finiri neqꝫ alterari. ¶ Cum
tua bona preſint domine bonis noſtris/et actum ha
beant ſuper ipſa: propterea quicquid creare placuit
tibi deo/totum voluiſti creare magis ad honorẽ tuo
rum bonorum:q̃ ad rerum commodum creatarum.
quare bona noſtra tunc augmentantur/ quãdo nos
plus diligimus bona tua / et illis maiorem attribui
mus reuerentiam et honorem:q̃ his que cedunt ad

n oſtram reuerentiam atq; laudem/quia tu cum bo=
nis tuis idem es. ¶Domine ieſu chriſte qui huma=
nū genus a morte ꝑpetua liberaſti: tue voluntati iu=
ſtiſſime/omnis laus et benedictio tribuatur. quia in
hoc ꝙ tu es ꝑfectiſſimus ſine aliquo defectu: oportet
ex voluntate tua procedere omne bonū/ et virtutem
omnē. quia quicquid eſt dignū a tua prodire volun=
tate: oportet te illđ velle ꝓcedere ab eadē. ⁊ ꝗcq̄d nō
eſt dignū a tua ꝓcedere voluntate: rationabile eſt vt
nullatenus ab ea procedat. ¶Tue voluntati lauda=
bili omnis honor et reuerentia tribuatur. quia pro=
pter maximam bonitatem que ineſt tibi: oportet eē
tue volūtati propriū velle vt ſint in eſſe/quecūq; ſūt
ad honorem et reuerentiam tue eſſentie benedicte.
¶Cum tua voluntas domīe deus nullum patiatur
defectū: oportet ꝙ ipſa velit vt hoc quod caret quo=
uis eſſe perueniat in eſſe/poſtq̄ eſſe ſuū cedat ad tuā
gloriam atq; laudem. et oportet ſimiliter ipſam vel=
le ꝙ hoc non perueniat in eſſe/quod ſi eſſet: non ad
tuam cederet gloriam vel honorem. ¶Domīe deus
qui ſperantes in te non ſinis finaliter fruſtrari: tuam
voluntatem exaltent et glorificent omnes gentes.
quia omnia bona que fiunt tam ab angelis q̄ ab ho
minibus/fiūt de voluntate ordinatiſſima tui deus.
nam niſi prius bonum a tua procederet voluntate/
ad actum nemo vnq̄ perducere poſſet. ¶Domine
deus quecunq; bona conferuntur nobis in hoc mū=
do pluuie/venti/temperies aeris/ſeu calores: om=
nia conferuntur ex munificentia tue laudabilis vo=
luntatis. nam nichil poſſet deduci ad actum/ niſi de
tua voluntate ꝓcederet. ¶Glorioſiſſime dn̄e bona
eterne beatitudinis/quoꝝ iuſti ſunt in celeſti patria
poſſeſſores: per tuam dūtaxat iuſtiſſimam volunta=
tem inſunt eis. et tua voluntas iniuſtos et impios ſi
militer vult damnare/eo ꝙ in hoc ſeculo promerue=
runt: vt in alio penis perpetuis crucientur. ¶Deus
excellentiſſime bonitatis: tibi honor et benedictio ſit
ſemper. quia niſi eſſet voluntas tua / vt propter cul=
pas ſuas peccatores in inferno grauiter torqueren=
tur: ipſa proculdubio imperfecta eſſet. quia ſic gloria
iuſtorū melius in paradyſo eſt cognita/ propter pe=
nas ineſtimabiles peccatorum. ¶Cum in tua volū
tate domine deus/nō ſit natura vel proprietas a qua
ꝓcedat ei aliqđ velle irratiōabile. oportet ꝙ quicq̄d
ꝓcedit a volūtate tua ſit velle rationabile ex quo ſe
quatur finaliter omne bonū. ¶Exaltetur nomē tuū
deus / inter omnes huius ſeculi nationes. quia ni=
chil irrationabile voluntati tue adheret/ neq; per eā
fiunt mala opera: que ad actum a peccatoribus de=
ducuntur. quia voluntas tua non vult illa nec dili=
git: ſed exigit ⁊ vult bonum quod ex malis operibus
ſequitur/que a peccatoribus perpetrantur: qđ bonū
eſt cognitio tue recte iuſticie: quia condemnas ad pe
nas perpetuas peccatores. ¶Domīe deus/omnis
creatura tuo ſubdatur imperio. quia quecūq; bona
a quibuſcunq; ſint facta/ a tua voluntate cuncta pro
ceſſerunt: nam anteq̄ ad actum deducerētur vel eſ=
ſent in eſſe/in tua erant perfectiſſima voluntate. niſi
enim fuiſſent: ad actum deduci minime potuiſſent:
at quia in voluntate tua ab eterno fuerunt/in actum
idcirco deuenerunt. ¶Si cuncta bona que deuene=
runt in eſſe/ ꝓceſſiſſent a tua volūtate anteq̄ in actū
pater omnipotens deueniſſent: ſed in ipſo actu volū
tas tua minime eſſet: pateret omnibus ꝙ tua volun
tas non eſſet perfecta/imo defectum maximū patere
tur. cum vero tua voluntas in omnibus ſit perfecta
oportet ꝙ quicq̄d tu voluiſti anteq̄ bona in eſſe vel
in actum deuenerint/nunc velis illud idem quando
bona in actum ſimiliter deuenerunt. ¶Domine ie=
ſu chriſte cum tua incarnatio atq; benedicta paſſio
nobis valde neceſſarie fuerint(ex eo quia ipe fuerunt
cauſa et perfectio noſtre recreationis)ob hoc ſignifi=
catur ꝙ tua voluntas in omnibus eſt perfecta. nam
propterea ꝙ maximū bonū et ineſtimabile ſequitur
de tua incarnatione/et de tua ſalutifera paſſione(li=
cet tuū corpus mundanis miſeriis ſubmiſeris)volui
ſti illud bonū deducere totaliter ad effectum. ¶Lar
gitor omniū bonorum deus. ſicut tua eternitas om=
nia tempora comprehendit in hoc ꝙ tu es eternus:
ſic oportet ꝙ quecūq; bona ſunt/ comprehendantur
et includantur intra tuam ordinatiſſimā voluntatē:
quam oportet omnia illa velle. vnde cum omnes ho
mines habeant principium/ob id ſequitur ꝙ omnia
bona que ſunt in eſſe: non ſunt intra voluntatis ho=
minis alicuius poteſtatem cum voluntas hominis
habeat cuiuſcunq; boni principium. ¶Domine deꝰ
quando noſtra voluntas eſt in volendo tibi ſeruire
te benedicere / et laudare/tunc merito eſt ipſa cōmē=
danda: eo ꝙ vult laudes impendere et ſeruire illi / a
cuius voluntate omnia bona habent originem ⁊ ꝓ
ceſſum. ſed cum noſtra voluntas eſt magis in dili
gendo/ laudandoq; noſmetipſos q̄ te: tunc volun=
tas noſtra peſſima eſt/et a quolibet rationabili incre
panda. quia vult preferre voluntatem humanā termi
natam/tue diuine: a qua procedūt omnia bona/ſub
cuius eternitate omnia comprehenduntur ac termi
nantur. ¶Iuſte iudex domine ieſu chriſte: q̄ doloro
ſa cruciamina illis perpetuo ſunt parata: qui quaſi
totam voluntatem ſuam habuerunt in volendo va=
nas huius ſeculi voluptates. vnde per tuam miſeri=
cordiam concede omnibus fidelibus chriſtianis/ vt
tota voluntas eorū ſit ſubmiſſa tuo ſeruitio et hono
ri: ita ꝙ te velint prima intentione diligere ſicut de=
cet/ et ſeipſos ſecunda. ¶Domine ſancte deus: qui
in te vere confidentium miſereris. ego humillimus
ſeruus tuus lacrimabiliter te oro: vt tu dirigas velle

meū / poſtq̄ tua voluntas circuit et comprehendit omnia que digna ſunt ad volendum / ſic ꝙ nunq̄ velim niſi ſolum ea que cedant ad laudem et honorem tui nominis glorioſi. ¶Si tu domine deus meam duxeris voluntatem / ita vt nichil velim niſi bona tā tūmodo / que a tua procedunt laudabili voluntate: dabis michi rationem volēdi habere virtutes / quia velle bonū eſt occaſio virtutes acquirendi. ¶Sicut voluntas que eſt amatrix bonorū / eſt virtutes occaſio congregandi: ſic voluntas que eſt amatrix malorū eſt occaſio vicia cumulandi. quare oportet ꝙ volūtas eorum / malorum ſit amatrix / qui viuūt in hoc ſeculo vicioſe. ¶Verax domine in omnibus dictis tuis. cum voluntas noſtra (que eſt finita et terminata) propter bonorū operū inherentiam dirigatur: q̄ excellens eſt et nobilis tua voluntas infinita / et ſine termino / a qua omnia opera bona procedunt / fiunt et diriguntur / tanq̄ ab ea cui reſiſtere nichil poteſt.

¶Pater omnipotens eterne deus: ſicut corda deficiunt ad ſciendum omnia bona / que a tua procedunt omnipotenti voluntate / et ora ſiue labia ad proferēdum illa: oculi ad videndum: aures ad audiendum: ſic omnia deficiunt ad percipiendum virtutes / que ſunt in tua laudabili voluntate / a qua habent originem cuncta bona. ¶Domine deus cū propter tuā volūtatem ordinatiſſimam / bona omnia ſint in eſſe et a tua voluntate non poſſit emanare aliquid aliud preter bonū: tuam clementiam ſuppliciter oramus / vt a voluntate noſtra non procedat ſimiliter niſi bonum / vt euidētiſſime per tuā gratiam cognoſcamur eſſe famuli tui deus.

¶Qualiter a voluntate diuina non procedit peccatum neq̄ culpa.

DEus qui per gratiam ſancti ſpiritus tuorum mentes viſitas famulorum: tibi omnis virtus et benedictio inſit ſemp̄. quia tu illuminaſti intellectum mei indigni famuli tui / ita ꝙ percipio malū culpe in duos modos principaliter eſſe diuiſum. ¶Primus modus mali culpe eſt peccatū / qd̄ ad actum a peccatoribus eſt deductum. ſecūdus modus eſt ipſius culpe priuatio / que ad actum nullatenus poteſt duci. ¶Primus modus quo peccatū generatur / eſt quando quis plus diligit ſeipſum vel ſuū proximū: q̄ te deus. ſecūdus modus eſt omittendo q̄ facere debemus. qui ſecundus modus peccati eſſet: niſi tu eſſes remunerator iuſtorum / vel ſi tu faceres aliquid contra iuſticiā vel contra regulam rationis. ſed iſte ſecundus modus eſt in priuatione / qui nunq̄ ad actum vllatenus poteſt duci: eo ꝙ priuatur tua ordinatiſſima voluntate. at primus modus peccati eſt in actu: eo ꝙ ex volūtate hominū non priuatur. ¶Deus qui vis bonum fieri ab homine a quocūq̄. Cum tu laudari / benedici / et amari ſemper ab omnibus hominibus merearis / quando homo laudat / diligit / vel veneratur aliquid aliud plus q̄ te: imediate in eo accidit malum culpe: eo ꝙ amor ſeu voluntas que in eo eſt / incidentaliter ꝛ irrationabiliter eſt in eo. ſed cū in te domine deus non ſit amor indecēs neq̄ voluntas: probatur ꝙ malum culpe a tua voluntate non oritur nec procedit. Cū tu domine deus / nolis ꝙ res viliſſima pre nobili diligatur / nec illud qd̄ debet ſubeſſe alteri / ei preſit tanq̄ dignius in honore: quia ſi contrariū velles / defectus perfectionis merito eſſet in te. ſed cum tu ſis perfectiſſimus / vtputa cui nichil deficit / oportet neceſſario eſſe perfectiſſimū tuū velle. ¶Omnipotēs et miſericors ſancte deus: cū tu ſcias teipſum eſſe omnipotentem / ſapientiſſimū / iuſtiſſimū / perfectiſſimū / et in nulla virtute deficientē: oportet de neceſſitate ꝙ tua voluntas nichil aliud velit niſi rationabile operari / et nullo modo poteſt deprehendi ꝙ inordinata voluntas cadere in te poſſit. ¶Deus cui perpetuo cūcta viuūt / poſtq̄ in volūtate tua non poteſt peccatum cadere ſiue culpa: oportet tue voluntati ineſſe bonorū operum perfectionem. et cum in ea perfectio ſit bonorum operū: neceſſario ipſi recta ineſt iuſticia. ¶Juſte iudex / qui ſemper iudicas equitatem. cum oporteat ꝙ in tua volūtate perfectiſſima / remuneratio ſit iuſtorū propter bona opera que in hoc ſeculo perpetrarūt: oportet neceſſario in velle tuo rectiſſimo voluntatem eſſe condemnandi ad dānationem perpetuam homines in peccato morientes. ¶Unde niſi voluntas tua eſſet condemnare ad patiēdum penas et cruciamina peccatores: ſequeretur ꝙ in voluntate tua peccatum caderet ſiue culpa. propterea ꝙ ei abeſſet (ſi ita foret) iuſticia. ¶Deꝰ cui nichil ineſt preter virtuoſum ac perfectum. tu es ille in voluntate cuius non eſt vllatenus malum culpe: ob hoc quia voluntas tua non vult aliquid vicioſum / nec reſpectu prime intentiōis neq̄ ſecunde. vnde cum quemlibet oporteat velle quecunq̄ vult / reſpectu alterius iſtarum intentionū / et tu nolis velle peccatum reſpectu alicuius: inde probatur ꝙ peccatum nullo modo a tua poteſt procedere voluntate.

¶Cum tue voluntati inſit ſemp̄ velle bona opera faciendi / et illud velle incedat per viam prime intentionis: oportet ꝙ voluntati tue inſit per reſpectum ſecunde intentionis velle punire peccatores / in peccatorū malicia obſtinatos. ¶Domine ſancte deus: tua benedicta voluntas glorificetur perpetuo / et laudetur. quia ſicut ipſa vult peccatores torqueri grauiter in inferno: ſic ipſa vult ꝙ iuſti in celeſti patria

glorientur. et ſicut tu vis q peccatores torqueantur vt iuſti percipiant melius ſuam gloriam et agnoſcant: ſic vis q iuſti glorientur in beatitudine paradyſi/vt tuam agnoſcant melius bonitatē. ¶ Deus qui es fidelium ſola ſalus/tibi laus et gloria impendatur. quia cauſa quare tu vis q peccatores diuerſis penarum generibus crucientur/eſt iſta: q a creaturis quas creaſti/videaris et cognoſcaris iuſtiſſimus eſſe iudex. Quia propter tartarea cruciamina/tua bonitas cognoſcetur/et iuſtorum gloria ſimiliter paradyſi/atq ex oppoſito inobedientia et transgreſſio peccatorum/et abſq malo pene nichil iſtorum cognoſci ita plenarie potuiſſet. ¶ Domine deus / ſicut eſſet turpe et vicioſum tue voluntati/q in ipſa caderet malum culpe: ſic eēt ei turpe et vicioſum niſi vellet q malum pene eēt in iis qui propter peccata merentur grauiter plecti penis innumerabilibus ac cruciari. ¶ Deus p cuius contemplationē/iuſti eterna beatitudine perfruūtur. tu voluiſti ordinare q propter mala opera peccatorum/iuſtorum bona opera agnoſcantur. vnde propter hanc ordinationem ſunt mala opera peccatorum/cauſa et occaſio qualiter iuſtorum bona opera cognoſcantur. ¶ Cum tu domine deus velis q agnoſcatur eterna beatitudo glorie paradyſi/et ad cognoſcendum eam/gehennales oporteat eē penas: neceſſariū eſt igitur q bona opera habeant occaſionem et cauſam/qualiter cognoſcātur. ¶ Unde cum oporteat eē ordinatum vt cognoſcātur bona opera propter mala: propterea (licet malū culpe/ſcilicet peccatum ſit in actu) non ſequitur q peccatū procedat a tua ordinatiſſima volūtate/imo peccatum deuenit in actum accidentaliter / tu vero ideo id pmiſiſti: qa peccatū eſt illud ppter quod ſuū contrariū cognoſcitur. ¶ Domine deus qui vis q ſolum bona ſint rationabilia congrua: ſi a tua pcederet voluntate q peccatum eſſet in actu ita q propter voluntatem tuam totaliter ad actū deduceretur: ſequeretur q tibi placerent mala opera peccatorū. vnde ſi poſtea eos punires de ſuis actibus male actis: eis pculdubio iniurā irrogares. ſed cū tu ſis iuſtus iudex in omnibus/cuilibet faciens equitatem: oportet vt penas quas peccatores in gehennali voragine patiūtur iuſte et rationabiliter patiantur. ¶ Omnipotens deus ob hoc q homines intelligunt et aſſerunt te eſſe in cunctis omnipotentem: affirmant aliqui fatuiſſimi q niſi peccatū a tua procederet voluntate/tu prohibuiſſes ne peccatum in actū vllatenus duceretur. et propter iſtam erroneam affirmationem qplurimi ſunt decepti: credentes te velle peccatū penitus in actu exiſtere. Unde iſta deceptio et iſte error cadit in eis ex eo quia non habent aſpectum ad ordinationem: in qua oportet eſſe ſeculū ordinatū. neq ad tuam bonitatem: que habet omne peccatum odio/ita q illi nullatenus conſentit. preterea nō cōſiderant neq cogitant / qualiter bonū habet actum ſuper peccatū et non ecōuerſo: in hoc q malū / peccatum eſt ad hoc vt bonū ſit/ꝛ non ecōuerſo. ergo vnū iſtorū eſt occaſio: et alterū eſt occaſionaliter ortum. Unde cū ipſi neſciant in hoc aliquā differentiā aſſignare. propter hoc decipiūtur et ponuntur in errore peſtifero credētes q a tua voluntate peccatū habeat originē ꝛ pceſſum. ¶ Deus/cuius videntur opa manifeſte quāq eſſentia tua ſit inuiſibilis apud omnes. in hoc q peccatū eſt/vt bonū euidentiſſime cognoſcatur: eſt bonū occaſio q malum ſit in actu. vnde licet bonū ſit occaſio / vt malū ſit in eſſe: propter hoc non ſequitur q ex bono procedat malū. vel q a voluntate ſua etiam oriatur. ſed ſequitur tātūmodo q bonū habet actū et dignitatē ſup malum. in hoc q oportet q malum ſit vt bonū ab omnibus cognoſcatur. vnde ſecundum iſtud bonū eſt occaſio: malū autem res occaſionaliter exiſtens. ¶ Per aliam rationem oſtēditur contrariū/ita q bonū eſt res ex occaſione/ꝛ malum eſt occaſio. vnde iſtud ſic eſſe p noticiam demonſtratur. quia propter hoc q tu vis vt bonū cognoſcatur: oportet neceſſario eſſe malū ad hoc vt bonū plenarie cognoſcatur: quia ſine eo minime poſſet eque plene noſci. vnde cum bonū abſq peccato minime noſceretur: propter hoc ſequitur q malum eſt occaſio vt bonū ab omnibus cognoſcatur. quare ſecundū hoc probatur q malum eſt occaſio qua bonū cognoſcitur. et hoc modo bonū eſt res occaſionaliter: et malum occaſio/in hoc q bonū cognoſcitur propter malū. ¶ Illi qui ſciunt et cognoſcunt iſtam differentiam/que eſt inter occaſionem ꝛ rem occaſionatam: poſſunt intelligere et ſcire/ q q̄uis bonum cognoſci non valeat abſq malo: non tamen ſequitur q malum procedat a tua rectiſſima voluntate/ imo ſciunt et intelligunt q malum accidentaliter eſt in eſſe / et exercet eadem prorſus ratione accidentaliter actum ſuū: igitur a tua voluntate nullo pacto cauſatur. Uerum de priuatione venit in eſſe vt ſit bono occaſio vt cognoſcatur a quolibet ppter ipſum. ¶ Deus bonorū omniū retributor: tibi laus et benedictio ſit ſemper. quia velle tuū/conſiſtit circa cumulationem omniū bonorū et inherentiā virtutū vtq eſſe eis tribuere poſſis/ et quia eſt bonū q vt ea que bona ſunt /eſſe bona ab omnibus cognoſcantur: propter hoc procedit ex voluntate tua/q cognoſcantur bona omnia eſſe bona. ¶ Unde cum bona a nemine noſcerentur: ſi malum culpe eſſe priuaretur. oportet de neceſſitate q malum ſit propter hoc vt bonū ab omnibus agnoſcatur. ¶ Quare benedictus ſis domine deus. quia ob hoc q vis vt bonū ſit in eſſe: bonū deuenit in eſſe ſecundū veritatē. at quia malum eſt in actu/ abſq tua virtuoſiſſima

voluntate:ex eo quia permiſiſti illud in actū ꝓduci. in actu idcirco accidentaliter eſt et cōtra quālibet veritatem ſubſiſtit. ¶Deus qui ab inſidijs diaboli nos defendis:tibi benedictio et laus omni tempore prebeatur.qui noſti illud quod eſt ſubiectum/ad volendum et diligendum peccatum:eſſe virtutū defectiuū carens pfectione/⁊ quolibet complemento.vnde cū nullus defectus virtutum inſit tibi/ſed in omnibus ſis vera pfectio ⁊ cōpletio ſingularis.ideo peccatū ſiue malū a tua nō poteſt ꝓcedere volūtate. Quia ſicut omnis creatura poteſtatis creādi eſt totaliter expers atq; defectiua eo ꝙ creare cōuenit tibi ſoli/cum nichil ꝑter te poſſit de nichilo aliquid facere:ſic peccatū eſt in te dn̄e defectiuū ita ꝙ nullo modo poteſt a tua procedere voluntate/que habet perfectionē ꝓpter quam non poteſt habere ꝓprietatem huiuſmodi proceſſus ſeu egreſſionis. ¶Cauſa quare peccatum cadit in voluntate humana/eſt iſta: quia humana bonitas terminatur.vnde ratione ſue finitatis ⁊ termini/eſt voluntaria et appetitiua plurimorū contradicētiū rationi.nam quottidie volumus et affectamus dignitates ⁊ multa alia/que non ſumus digni vllatenus poſſidere. vnde totū iſtud eſt peccatū qd inordinate et indecēter a noſtra voluntate habet originem.Sed cum tua bonitas nequeat terminari/ꝓpter hoc inordinata voluntas irrationabilis/vel idecens nequit cadere in te deus.

## ¶Qualiter ieſus chriſtus vult eē ſimul verus deus et verus homo.

Deus mortalium vnica ſpes ſalutis/ tibi honor et reuerentia inſit ſemper qui verus deꝰ et verus homo vis eē ſimul:humani generis ob ſalutem. ¶Domie ieſu chriſte cum tu creator et creatura ſimul velis eſſe:patet ꝙ es verus deus et verus homo ſimul/deus inꝗ̃ creator/ homo autem creatura. ¶Hoc modo vis tu domine deus/eſſe verus deus et verus homo ſimul:ita vt diuina natura in humanā nō mutetur/ neq; de ſe in eā alterationem aliquā fieri patiatur. ⁊ de natura humana ſimiliter modo cōuerſo.quia impoſſibile eſt ꝙ natura diuina in humanam valeat alterari: eo ꝙ natura diuina que in bonitate et ceteris virtutibus eſt perfecta non poteſt alterari in rem defectum aliquē patientem/neq; humana natura poteſt in diuinam ſimiliter alterari:eo ꝙ virtutum eſt ꝗ̃plurimū defectiua. ¶Sanctiſſime domine:pre omnibus metuende/te laudet omnis ſpiritus in eternū. quia tu voluiſti ſimul eē verus deus et verus homo.nam tu voluiſti creare in eſſe infantulū in vtero beate virginis glorioſe.et in eodem tempore ſimul ille effici voluiſti.et voluiſti eſſe deus ſimiliter queadmodū fuiſti ab eterno:et ita ex volūtate tua proceſſit: ꝙ verus deus et verus homo tanꝗ̃ omnipotens eſſes ſimul. ¶Cū tu domine deus / verus deus et verus homo eſſe ſimul voluiſti/quid tue reſiſtere potuit voluntati? ꝓculdubio nichil.cum tibi creatori nulla valeat reſiſtere creatura/et precipue cum nichil niſi rationabile/a tua ꝓceſſum habeat voluntate. ¶Si prohibere tibi aliquid potuiſſet/ꝙ non eſſes ſimul verus deus et verus homo / poſtꝗ̃ a tua proceſſit ordinatiſſima voluntate:ſequeretur ꝙ tua voluntas careret pfectione plenarie poteſtatis.vnde ſequeretur ſi non eſſet omnipotens/ꝙ virtutum defectū aliquē pateretur. vnde cum ſit impoſſibile/ꝙ defectus aliquis ī te cadat.probatur ꝙ tu potuiſti eſſe ſimul deus et homo poſtꝗ̃ hoc a tua rationabili voluntate proceſſit.

Deus bonorum omniū augmentator. cauſa quare tua volūtas deducit ad complementum et perfectionem quicquid vult/eſt iſta.quia omnes virtutes q̄ ſunt ī te/plenarie ſunt perfecte.ita ꝙ nulla perfectio abeſt eis. ¶Cum ergo domie deus / omnes virtutes perfectiſſime inſint tibi/⁊ in te ſit amor/poteſtas miſericordia / iuſticia / et ſic de alijs virtutibꝰ: oportet neceſſario ꝙ quicquid tu vis / perueniat ad effectum. ¶Poſtꝗ̃ tu pater miſericordie/vis eſſe ſimul verus deus et verus homo / et hoc potes eſſe poſtꝗ̃ vis: valde miror de infidelibus/qui nullo modo volunt fidem adhibere/ꝙ tu verus deus et verus homo ſimul poſſis eſſe.quia iam impoſſibile ponūt tibi/quod non eſt tibi vllatenus imponendū / maxime de re que in te rationabiliter poteſt eſſe. ¶Dn̄e deus omnipotens et eterne infideles qui nolunt fidem vllatenus adhibere ꝙ tu verus deus et verus homo ſimul poſſis eſſe:errant et a via veritatis deuiant in duobus/primo propter curſum naturalem: ſecūdario propter alterationem. ¶Primo modo errant quia non intelligunt ꝙ ſecundum curſum nature poſſit fieri te verum deum ſimul et verum hominem eſſe poſſe / et quia non poſſunt inuenire penes ſe/iſtud naturaliter eſſe poſſe: ꝓpterea nō poſſunt ad hoc fidem aliquatenus adhibere. Unde ipſi non credunt aliquid poſſe fieri/niſi naturaliter illud fiat: quare ergo non credunt ſimiliter ſeculū non de nichilo eſſe creatum/et nunꝗ̃ diem iudicij eſſe futurum. nam credere ꝙ ſeculum de nichilo ſit creatum et ꝙ dies iudicij ſit futurum:eſt contra curſum credere naturalē. vnde ſicut ipſi ꝓpter curſū nature ſūt increduli/ꝙ tu ſis deꝰ ⁊ homo:ſic ꝓpt curſum naturalē deberēt equa ratiōe eē icreduli/et penitꝰ dubitare/ꝙ mūdus de nichilo ſit creatus et ꝙ vnꝗ̃ ſit reſurrectio mortuoꝝ. Scd̄o modo facit deuiare incredulos

alteratio ac penitus errare. quia putant nos credere ꝙ in humanam naturam deitas alteretur et ecõtra: et q̄a iſtud inueniũt eē īpoſſibile/ ⁊ ꝯtrariũ ratiōi: nolũt credere ꝙ tu verus de⁹ et verus homo ſimul poſſis eſſe. Unde de ipſis q̄plurimũ eſt mirandum: qui noſtre credulitati fatuitatem inopinabilem tantam prebent. quia ſicut ipſis impoſſibile hoc videtur ⁊ diſſonũ rationi: ſic ſimiliter videtur nobis impoſſibile/ imo a noſtra credulitate totaliter eſt alienũ. ¶ Benigniſſime domīe/ qui bona omnia tuis famulis cõfers gratis. ſicut infideles dubitant ꝙ tu verus deus et verus homo ſimul poſſis eſſe: eo ꝙ te cõtra curſũ nature/ credũt agere nichil poſſe. ⁊ quia credunt nos aſſerere: ꝙ deitas in humanã naturã/ ſit penitus alterata: eque poſſent ſecundũ aſpectum tuarũ virtutũ/ id ſimiliter dubitare. Nam ſi ipſi inuenirent te ſecũdũ tuã bonitatem et ceteras virtutes tuas/ eſſe in aliquo vicioſum vel virtutum defectiuũ: eo ꝙ tu verus deus et verus homo ſimul velles eſſe: ſic deberēt dubitare an tu deus et homo ſimul velles eſſe. quia tu non vis/ neq̄ velle debes/ in te eē aliquid vicioſũ vel cõtrariũ rationi. ¶ Unde poſtq̄ increduli qui nō credũt te verũ deũ et verũ hominē eē poſſe/ non poſſent inuenire tibi eſſe aliquod viciũ/ licet verus deus et verus homo ſis ſimul: deberent credere ꝙ tu es ſimul verus deus ⁊ verus homo/ ⁊ eo amplius cũ ipſi inuenirent ⁊ ꝑciperent/ maximũ bonũ ſequi ex eo q̄a tu es ſimul verus deus et verus homo. ¶ Omnipotens rex eterne/ cauſa cur infideles decipiuntur ī hoc ꝙ nolunt credere te ſimul eſſe verũ deũ ⁊ verum hominē/ eſt. quia ipſi dubitant citius in poteſtate tua ſi fieri poſſit ꝙ tu ſis ſimul verus deus et verus homo: q̄ meditentur vtrũ ſit rationabile/ nec ne. ¶ Domine deus: cum tu ſis omnipotens/ et nichil velis agere: niſi ea que ſunt conſona rationi: oportet vnũquēq̄ credere/ te agere poſſe cuncta: poſtq̄ te illa agere ratio requirat ac expetat. anteq̄ igitur aliquis dubitet ꝙ tu humanam naturã valeas aſſumpſiſſe: oportet eũ conſiderare vtrũ ſit rationabile aut non ꝙ tu carnem humanã debeas aſſumpſiſſe. ⁊ poſtq̄ quis inueniat eſſe rationabile atq̄ iuſtum: oportet adhuc eum plus credere te ſimul verum deum et verum hominem eſſe poſſe. quia in tua voluntate eſt vt quicq̄d ſit rationabile: ab ea procedat. ¶ Unde ſi infideles illud penſitarent/ ipſi inuenirent et perciperēt intellectuali cogitatōne: ⁊ velle eſſe hominem te congruo debere/ ac ſimiliter eſſe poſſe. et poſtq̄ tu debes eſſe homo et potes: debet a quolibet aſſeri et credi te verum deum ⁊ hominem eē ſimul. ¶ Domīe deus: qui debes pre omnibus honorari. ſi infideles qui in tua incarnatione fidem nolunt aliquatenus adhibere: cognoſcerent ⁊ perciperent maximã virtutem ⁊ dignitatem quam habet finalis cauſa circa imaginationem intellectualem aſſumptionis tue humanitatis: ipſi de incarnatione tua minime dubitarent. q̄a in hoc ꝙ cauſa finalis ſiue ratio deſcendit a potentia rationali: eſt nobilior cauſa et ratio in homine q̄ imaginatio: eo ꝙ potentia imaginatiua ſubeſt rationali potentie. ¶ Unde ꝓpter hoc intellectus humanus percipit multo melius et intelligit propter cauſam et rationem: q̄ ꝓpter imaginationē. quia quando deeſt imaginatio ad aliquid imaginandũ: ad intelligendum/ aut credendũ ſufficit intellectus. nam imaginatio deficit: ꝙ tu debeas velle quicquid ratio vel cauſa exigit ad volendum. ſed intellectus intelligit fieri hoc debere: et ꝙ ſit verum vt maior certitudo habeatur propter rationem q̄ ꝓpter imaginationem: ꝓbatur in hoc ꝙ nulla imaginatio poteſt percipere / qualiter aliquid poſſit creari de nichilo/ vel aliquis poteſt imaginari ſimiliter quonam pacto corpus humanũ diſperſum in cinerē ⁊ athomos: poſſit in die iudicij in idem corpus (quod prius erat cum eſſet in hoc mundo) reduci. ſed humana ratio ſufficit ad intelligendum et percipiendum qualiter poteſt fieri ꝙ aliquid de nichilo ſit creatum: et qualiter corpus humanũ eſt ſimiliter illud idem poſt reſurrectionem: quod fuit proculdubio in hoc mundo / poſtq̄ ratio percipiat ꝙ tu cauſam ratiōabilem habeas de nichilo cuncta creandi. ¶ Unde cum infideles imaginantur tuam incarnationem/ et virtus imaginatiua eis dare nequeat complementũ/ quomodo tu verus deus et verus homo ſimul poſſis eſſe: nolunt credere te verum deum ⁊ hominem poſſe eſſe. ſi vero recurrerent ad potentiã rationalem/ que ſemꝑ reſpicit rationem: ipſi inuenirent ꝙ merito rationabiliter et de cõgruo debes velle te verum deũ ⁊ hominem ſimul eſſe. ¶ Tibi clementiſſime domine omnis laus et benedictio tribuatur: qui honoraſti potentiam rationalem pre potentia imaginatiua. quia ꝓpter hoc ꝙ potētia rationalis imaginatiue dominat̄: quicq̄d ſcitur vel intelligitur ꝑ viam rationis/ eſt in maiori firmitate et certitudine: q̄ ea que poſſunt percipi ꝑ viam imaginationis. nam imaginantur tantũmodo ſenſitiua. ¶ Unde totum iſtud eſt ex eo: quia in tua voluntate cõſiſtit quicquid eſt rationabile ad volendum/ et de quocũq̄ eſt cauſa efficax vel occaſio: vt a tua voluntate procedat. ſed in homine eſt defectus virtutum maximus/ et abundat in eo miſeria: propter quam deficit imaginatiua potentia/ ad imaginandum ea que ſoli conueniunt rationi. ¶ Verax domine miſericors et benigne: ſi infideles qui te carnem humanã dubitant aſſumpſiſſe/ ꝑciperēt naturam potentie rationalis/ ⁊ naturam defectus potētie imaginatiue: nō in imaginatione potentie termino reſiderent. quia cauſa ipſius dubitant/ in quibus deberent minime dubitare. et impedit eos ad procedendum vltra. qui ſi vltra procederent / intelligerent per virtutem rationalis potentie (q̄ mediante

intellectu illumĩat ebetatos) ꝙ omne illud decet a te
fieri/et a tua ꝓcedere volũtate: qꝺ vis exigit ratiõis.
¶ Glorioſiſſime dñe cui ſeruire in hoc ſeculo eſt re-
gnare. infideles qui dubitant te verũ deũ ⁊ hominẽ
eſſe ſimul cur nõ ꝑſcrutanꝰ vtrũ ſit ratiõabile aut nõ:
a tua ꝓcedere volũtate/ ꝙ natura diuina hũane na-
ture ſimul fuerit vnita? Et ſi ipſi forte inuenerint tuã
volũtatẽ eſſe in hoc aut in aliquo alio vicioſam: val
de eſt rationabile ꝙ ipſi minime credant vel aſſerãt te
verũ deũ ⁊ hominẽ eẽ ſimul. ſed ſi ipſi ad hoc vt tu ſis
ſimul verus deus ⁊ verus homo/ nõ inueniãt tuã vo
luntatem eſſe in aliquo vicioſam/aut virtutum defe
ctiuã. vnde ꝓuenit eis tante incredulitatis infideli-
tas: ꝙ nequaꝙ̃ velint credere te verum deũ et homi-
nẽ eſſe ſimul? ¶ Si increduli tue attribuerent volun-
tati/ ꝙ ab ea deberet ꝓcedere quicq̃d eſt rationabile
ad volendũ: ipſi euellerent errorẽ (in quo ſunt) ſua lu
mina excecãtem. ⁊ illumiarenꝰ gratia ſpiritusſancti:
q̃ deducit vnũquẽq; ad eternã gloriã paradyſi. ¶ Do
mine ieſu chriſte / cum tu verus deus et verus ho-
mo ſimul velis eſſe/et ſit ratio ⁊ cauſa efficax huiuſ-
modi tue volũtatis: oẽs debẽt cõfiteri corde / animo
atq; verbo/te verũ deũ ⁊ hominẽ eſſe ſimul. nã poſtꝙ̃
exigit ratio vt ſis ſimul verus deus ⁊ homo: oportet
te neceſſario id velle. ⁊ cũ velis ad actum hoc ducen
di/habes plenariã poteſtatẽ. ¶ Dñe deꝰ/quotiẽſcũ-
q; cadit in hominibus dubium ꝙ tu verus deꝰ ⁊ ve
rus homo ſimul poſſis eẽ: iſtud viciũ ineſt eis / ex eo
q̃a imaginatiua potentia tunc vtũtur. ſed quãdo ipſi
habẽt recurſum ad rationalẽ potentiã / ꝓpter quã vi
dent cauſam efficaciſſimã rationis: ipſi intelligunt ꝙ
tu es ſimul verus deus et verus homo. ¶ Ego indi
gnus famulus tuus hilariter et deuote gratias ago
tibi dñe ieſu chriſte. quia tu dediſti michi gratiam/ ꝙ
iſtã diſtinctionẽ (quã habeo pre manibꝰ) ꝑficere po-
tui ⁊ cõplere. ⁊ ſpero fiducialiter in te/ ꝙ tuo auxilio
mediante: cõplebo alias q̃ ſequũtur ad honorem et
gloriam tui deus.

¶ Incipit decimaquarta diſtinctio/in qua tra
ctatur de diuino dominio ¶ Qualiter eſt con
cinnũ rationi ꝙ dominus deꝰ ſit ſũmus: ꝓpꝰ
ſui nobilitatem et excellentiã.

DEus cuius dominio ſubiacet totus
mundus/tibi oĩs laus et benedictio
ſit ſemper. quia valde dignũ eſt ⁊ cõ-
ſonũ rationi/ ꝙ tu toti ſeculo domine
ris: poſtꝙ̃ tu es eternus et infinitus.
et omnia p̃ter te habent p̃ncipiũ/ cer-
toq; cõſumẽtur termino. ¶ Dñe deꝰ cũ infinitas et
eternitas ꝓprie inſint tibi/nobis vero finitas ac p̃n-
cipiũ: valde eſt decẽs et rationabile/vt ea q̃ habẽt p̃n
cipiũ atq; quodãmodo finẽ/ſeruiant et ſubdanꝰ rei
infinite eterne/⁊ p̃benti omnibus complementum.
¶ Unde benedicta ſit dñe deus tua maxima boni-
tas. nam ꝓpter magnitudinẽ virtutũ/et ſũme nobili
tatis q̃ eſt in te: oportet te dominari omnibꝰ: q̃bꝰ tua
nobilitas ⁊ virtutes debent merito dñari. ¶ Deꝰ cu
ius magnificentie non eſt numerus/cũ tu ſis ita om
nipotens ꝙ habes poteſtatẽ ſuꝑ oĩa q̃ ſunt/et q̃ fu-
tura ſunt: iuſtum eſt atq; dignũ ꝙ tu omnibꝰ domi-
neris ratione tue maxime poteſtatis/ ꝓpter quam di
gnus es omnibus dominari. ¶ Dñe deus/cum in te
ſit omnis sciẽtia et omnis ſapiẽtia/ita ꝙ abſcondi a
tua ſcientia nichil poteſt: ⁊ nichil preter te habet ꝑfe-
ctam ſcientiã aut ſapientiã: dignũ eſt ⁊ cõſonũ ratio
ni/ ꝙ tu omnibus domineris/ ⁊ vt oĩa tuo omnipo-
tẽti dominio ſint ſubmiſſa. ¶ Miſericors dñe ⁊ ſal-
uator cũ omnis eq̃tas ſit in te ac iuſticia/nichilq; tue
equitati vel iuſticie valeat cõꝑari: ratio exigit ⁊ oſtẽ
dit ꝙ tu es dignior ſine cõꝑatione aliqua vt toti mũ
do debeas dominari ꝙ̃ aliquid aliud qꝺ nũc ſit vel
deceſo vnꝙ̃ poſſit eẽ. nã dominiũ non ꝑtinet ad rem
equitatis vel iuſticie defectiuã. ¶ Dñe deus cui oĩa
cordis intima patent. euidẽter poteſt ꝓbari ꝙ tu es
dominus omniũ rerũ/firmamẽti/elemẽtoꝝ/anima-
liũ/metalloꝝ/vegetabiliũ/ ⁊ ceteroꝝ omniũ: poſtꝙ̃
tu ſolus oĩa hec creaſti. Unde q̃a tu oĩa creaſti/ ⁊ pro
pter tuas virtutes cũcta cõſeruas in eẽ: quis dubitat
quin omnibus his debeas dominari? ¶ Cum tu pa
ter omnipotens ſis ita ꝑfectus in cunctis virtutibꝰ:
ꝙ nullus intellectus humanus tuã valeat cõprẽdere
bonitatẽ/nec alias v̾tutes tuas: eſt valde dignũ ⁊ cõ
ſonũ rationi ꝙ tu ſis dominus omniũ rerũ creataꝝ:
⁊ omniũ ad creationẽ debentiũ ꝑuenire: eo ꝙ plena-
rie in virtutibus omnibus es ꝑfectus. ¶ Cũ tu excel
lentiſſime dñe merearis eſſe dominus omniũ rerum
tam viſibiliũ ꝙ̃ inuiſibiliũ/ propter ꝙ̃plurimas cau
ſas efficaciſſimas ſupradictas: vehemẽter miror de
hominibus quonã modo poſſit eſſe: vt ipſi verecun
dẽtur tibi ſeruire/ ⁊ mandata tua in hoc ſeculo obſer
uare. quia quaſi maior pars hominũ verecundatur
tibi ſeruitia impendere atq; laudes. nam alij deridẽt
alios ⁊ ſubſannãt/cum tibi conãtur in hoc ſeculo fa
mulari/ ⁊ ſe ſubijcere tuis iuſſis. ¶ Si forte dñe deꝰ/
tu non eſſes dignus omnibus dominari ꝓpter defe
ctus aliquos/ quos eſſet in te tanꝙ̃ vicia inuenire:
non eſſet mirandũ ſi homines verecundarenꝰ tibi in
hoc ſeculo ſeruire. cum autẽ nichil vicioſum poſſit in
te aliquatenus inueniri/verũ ꝑfectiſſima virtutũ ple
nitudo: ꝙ̃plurimũ eſt mirandũ/cũ aliquis verecũda
tur tibi tanto domino deſeruire. ¶ Uenerabilis do-
mine/cum tu famulis tuis/pietatis/ miſericordie/ ⁊
gratie ſis fauorabilis tributor/ ⁊ exiſtas mirabilis in
omnibus donis tuis: valde eſt imputandũ illis/ ⁊ ꝓ
merenꝰ redargui a quocũq; / qui tibi ob verecũdiam
mortalium deſiſtunt laudes et ſeruitia impendere in.

hoc mũdo/ nõ habẽtes ĩ memoria quotidiana bene ficia que recipiũt tue largiflue bonitatis. ¶Glorioſiſſime dñe deus noſter tuũ ſanctiſſimum dominiũ non mouetur nec mutaẽ neq3 corrumpitur aut in ali quo alteratur: imo ſtat ⁊ perſeuerat firmiter ⁊ cõſtan ter/ita vt nullum aliud dñium eſt dignũ in eſſe ſubſiſtere niſi dñium tui deus ¶Cũ oẽs alie dñationes mutantur/alterantur/⁊ corrumpuntur/ preter tuam ſolummodo ſanctiſſime deus: propter hoc eſt rationabile vt nulla alia dñatio ſit in eſſe niſi ſolũ tua que eſt digna oĩbus aliis dñari. ¶Pater omĩpotẽs glorioſiſſime: tibi laus ⁊ gloria ꝑpetuo tribuaẽ. quia ſicut nos meremur tuo ſubeſſe dñio/⁊ eſſe tui poſſeſſio poſſeſſoris: eo ꝙ ſumus valde miſeri/ fragiles/⁊ inanes: ſic dñe/⁊ multo melius mereris eſſe dñs: ꝓpter glorioſiſſimã ꝑfectionẽ tuarũ virtutũ a tua procedentiũ deitate. ¶Deus vita indeficiẽs beatorum. palam oſtẽditur ⁊ apparet ꝙ tu debes eſſe dñs ⁊ nos ſerui: cũ nos quicq̃d boni ineſt nobis a largitate tuorum munerũ recipiamus: ⁊ ſic nobis influis ĩceſſanter ſicut ipſis riuulis fons viuus. ¶Sicut plurimis rationibus oſtẽditur ⁊ apparet: ꝙ tu non debes neq3 potes eſſe ſubmiſſus alicui creature: ſic plurimis rationibus oſtẽditur: ꝙ nos nõ debem⁹ tibi dñari / aut quecunq3 alia creatura: imo debem⁹ eſſe ſubditi tuo dñio: tanq̃ ei q̃ nos de nichilo creauit. Quia ĩpoſſibile eſt ꝙ tu qui es infinitus/etern⁹/innocẽs/ virtutibus ꝑfectiſſimus/⁊ cõpletus: creature alicui ſis ſubmiſſus. q̃a oĩa preter te carẽt predictis virtutibus: et ceteris quibus tua diuina eſſentia ꝑficitur ab eterno. ¶Sanctitas ⁊ gl'ia pater honorabilis tuo dñio tribuatur. q̃a ĩtãtũ exigit cauſa rationabilis atq3 iuſta vt tu oĩbus dñeris: ꝙ iuſtũ eſt ⁊ dignũ: vt tu malorũ eque ſis dñs queãdmodũ bonorũ. ¶Unde cũ nos ſimus tam viles ⁊ culpabiles tibi deo: nõ eſt iuſtum vel dignũ (quantũ de nobis eſt) ꝙ hũana species ꝓpter ſui quidẽ fragilitatẽ ⁊ miſeriam tantã habeat dignitatẽ: vt tuo dñio ſit ſubmiſſa. ſed propter hoc ſolum: quia tu ſolus dignus es oĩbus dñari. quare ob hoc ſeq̃tur: ꝙ licet nos ſimus fragiles atq3 viles/tuo ſubeſſe dñio debeamus. ¶Omnes gẽtes debent de tuo dñio ⁊ de ſua ſeruitute ſimul q̃plurimũ gratulari. q̃a maior gratia ⁊ maius bonũ qḋ poſſit eſſe ĩ aliquo famulo ſeu cliente aliquo: eſt quando habet bonum dominũ/ nobilem/⁊ potentẽ. ergo valde debẽt eſſe vniuerſi populi hilares ⁊ iocundi. q̃a tanto dño ita nobili ⁊ potẽti (ſicut tu ſolus es) in hoc ſeculo famulantur. ¶Ploremus oẽs igitur ⁊ profundamus doloroſa ſuſpiria e noſtris cordibus coram te domino noſtro ieſu chriſto: q̃a fere omẽs cecidim⁹ in iſtud peccatũ grauiſſimũ/qḋ cõiter ledit oẽs: nã ſinguli fere noſtrũ ſeruiuim⁹ duob⁹ malis dñis in hoc mũdo: ſcilicet demoni ⁊ cupiditati/que radix omniũ eſt malorum. vnde valde ſumus a te dño increpandi. nam famulati ſumus iſtis duobus peſſimis tyrãnis: tuũ ſeruitium ⁊ dominiũ propter eorũ ſubiectionẽ poſtponentes. ¶Si nos dñe deus in hoc mundo fuiſſemus rationabiliter conuerſati: tale predictũ ſeruitiũ (ſcilicet demoni et cupiditati) nullaten⁹ feciſſemus. eſt enim demon creatura vſq3 adeo maligna ⁊ culpabilis: ꝙ eſſe dñs non meretur: imo meretur ſua malicia captiuari: ⁊ penis ꝑpetuis grauiẽ cruciari. ¶Si nos etiam veritati ſeu rationi acquieuiſſemus: nr̃as aĩas carnalis cõcupiſcẽtie minime feciſſem⁹ ſeruas. nam quicunq3 ſequũtur carnalẽ concupiſcẽtiam ſui corporis: ĩ ſua carne ꝑpetuo puniẽtur. vnde q̃ male dictus eſt ſeruus q̃ puniẽ propter cõplenda turpia deſideria dñi ſui praui. ¶Honor/laus/⁊ magnificẽtia tibi dño inſit ſemꝑ: q̃a valde eſt tedioſum ⁊ laborioſum cuilibet ſeruo quãdo dños habet plures/⁊ maxime quãdo illi ſunt abſq3 iuſticia/veritate/⁊ miſericordia venie conſequẽde. vnde quãto ſeruus plures dños peſſimos ſibi facit: tanto plus ſuos dolores et labores ſibi multiplicat ⁊ augmẽtat ¶Cũ ego pater clementie feceri innumerabiliũ viciorũ aĩam meam eſſe ſeruã: meq3 ſubdideri q̃plurimis vilibus ⁊ inſipientibus hoĩbus in hoc mundo: vt ab eis diligerer et laudarer: iuſtũ eſt ⁊ dignũ: vt non tantũ meũ ſit ſeruitium in hoc ſeculo factũ fruſtra: ſed vt ꝑpter ipſum penã ſuſtineã in hoc ſeculo vel futuro. quia iuſtũ eſt ꝙ ſicut ego feci michi q̃plurimos peſſimos dños in hoc mundo: ſic puniar plurimis ⁊ grauibus afflictionibus ⁊ tormẽtis. ¶Sed ſicut ſeruus captiuat⁹ grauiter cruciatus/fugit ſuũ malũ dñm ⁊ peruerſum: ſic ego fugio oẽs meos dños vicioſos/eis abrenũciãs et omnibus põpis ſuis. ⁊ cõfiteor ⁊ cõcedo ꝙ impendi debet omne dñium ⁊ ſeruitiũ tibi ſoli: qui nos de non eſſe ad eẽ gratioſe pater omĩps deduxiſti. ¶Domine de⁹/cum ratio ⁊ iuſticia nobis indicent ⁊ oſtendant ꝙ tu perenniter nobis debeas dñari: rationabile eſſet ꝙ aĩa q̃ eſt melioris conditionis q̃ corpus dominaretur corpori: ⁊ preeſſet. vnde cõcede ꝓpici⁹ nobis (licet indignis) tuis famulis vt noſtre anime noſtris corporibus dñentur: ⁊ vt corpora eis tanq̃ ſubmiſſa in oĩbus famulentur ¶Nã ſi noſtre anime corporibus dominẽtur: nos erimus ab omnibus malis dñis liberati. ⁊ non erimus ſubmiſſi alicui principatui vel ſeruitio niſi tuo cui debet ſubeſſe oĩs merito creatura. ¶Tuo igitur dño omnis laus et gloria tribuaẽ: ⁊ oĩbus aliis dominiis miſeria et fragilitas agnoſcantur: ſi dominia dici poſſunt. quia vt probauimus pluribus rationib⁹ antedictis iure debes omnibus dominari: ⁊ oĩa ſubeſſe tuo dño iure aſtringũtur: qui es creator omnium atq3 deus.

¶Qualiter deus meretur eſſe dñs omniũ creaturarũ eo ꝙ ipſe eſt benefactor omniũ.

DEus qui propter tua beneficia mere-
ris omnibus dn̄ari/tibi honoꝛ ⁊ reue
rentia tribuatur.q̇a ꝓpter hoc ꝙ tu ſo
lus dignus es eſſe dn̄s oīm:⁊ oīa tuo
parere dn̄io atqꝫ ſubiacere/voluiſti da
re eſſe nobis omnibꝰ:vt tu nobis do-
mineris ⁊ ceteris creaturis.vnde cū nos a te eſſe re-
ceperimus:dignum eſt vt tibi perpetuo famulemur.
¶Omnes debemꝰ pariter confiteri ꝙ tu debes me-
rito ⁊ rationabiliter preeſſe ac dn̄ari.q̇a nichil aliud
preter te ſuſtinet nos in eſſe:niſi enim tu ī eſſe noſtro
pater miſericoꝛs nos ſuſtineres:omēs deleremur de
ſtatu viuētiū:⁊ redigeremur proculdubio in nō eſſe.
¶Cum tu dn̄e deus nobis omnia noſtra neceſſaria
ſubminiſtres:dignū eſt idcirco ꝙ te verum noſtrum
dn̄m agnoſcamus/cū ſine tua prouidētia nobis de-
ficeret eſſe noſtrū ¶Fons luminū ſancte deus tu me
reris propter tua beneficia que nos a te recepimus
dominꝰ noſter eſſe.quia tu es ille qui facis arbores
ferre fructus:vt nobis in hoc ſeculo ſint in cibum.et
eodem modo de ſeminibus.⁊ tu creas aīalia irratio
nabilia vt eorum quoqꝫ carnibus veſci valeamus.et
ſic de omnibꝰ aliis q̄ ad noſtrum humanū ſeruitium
ſunt creata. ¶Item dn̄e tu debes eē dn̄s omniū alia
ratione.quia tu congruis tēpoꝛibus tribuis pluuiā/
ventos/frigoꝛa/⁊ caloꝛes:a quibus procreant̄ omīa
ex quibus nos victū ſumimus:tua tamē diuina gra-
tia mediante.¶Dn̄e deus qui oībus prouides ſua
neceſſaria in hoc mundo.tu cōfers predicta omnia
et multo plura hoībus:vt in hoc ſeculo valeāt vti vi
ta.vnde cum nullus alius preter te/predicta oīa poſ
ſit dare:dignū eſt ⁊ cōſonū rationi ꝙ tu ſolus nobis
omnibus dn̄eris/ac ceteris creaturis.¶Deꝰ dn̄ans
cunctis nationibꝰ huius mundi.ſicut propter bene-
ficia que hoīes a te recipiunt in hoc mūdo : eſt dignū
credere incarnationem filij tui:quia credunt ꝙ pꝛo-
pter eiꝰ incarnatiōnē/in humanitatē tua deitas eſſet
trāſmutata ⁊ cōuerſa.⁊ ita putāt ꝙ ſi in tuā incarna-
tionem crederent: tua deitas fuiſſet paſſa moꝛtem.
¶Dñe deꝰ ſicut īfideles deuitāt credere ꝙ in huma-
nitate tua deitas ſit cōuerſa/⁊ ꝙ ſuſtinuerit paſſiōes
fideles catholici deuitāt ſilr̄ credere iſtō idē. quia
nullus catholicus credit ꝙ in hūanitatē/tua deitas
ſit cōuerſa/neqꝫ ꝙ tua deitas aliquā ſuſtinuerit paſ-
ſionē.imo oēs catholici credūt ꝙ humanitas quā tu
dñe aſſūpſiſti ī hoc ſc̄lo/ſuſtinuerit paſſiōes/⁊ illa fi-
nalit̄ moꝛtua fuerit ꝓ hūano genere redimēdo/⁊ ita
credūt firmit̄ ꝙ de ſua natura deitas nullatenꝰ fue-
rit alterata. ¶Dñe deꝰ q̄ iuſtoꝝ perire aīas nō ꝑmittis
ꝗto tua benignitas elegit ꝑ alijs catholicos vͣ fide-

tanto plus fideles catholici tenentur et ſunt obligari ad reſerandū infidelibus veram fidem. ¶ Sed cū nos catholici (peccatis noſtris exigētibus) circa trāſitorias huius ſeculi voluptates/ ⁊ circa bona temporalia congregāda/ ſimus nimis ſollicitı ⁊ intēti: poſtponimus oſtēdere viā veritatis infidelibus. et nos ꝓculdubio ſumus cauſa quare eos caligo tenebrarū tanto tempore tenuit excecatos. ¶ Unde de tāta īiuria a nobis in hoc ſeculo infidelibus erogata/ in hoc ꝙ eis (vt predictū eſt) viam veritatis poſtponimus reſerare: ipſi de nobis tibi iuſto iudici in die iudicij conquerent̄. vnde ve nobis/ niſi de tanto debito eis non perſoluto: reſpōdere potuerimus tibi deo licite nos excuſando.

¶ Incipit decimaſeptima diſtinctio/ in qua tractatur de largitate diuina.

¶ Qualiter deus eſt largus omnibus creaturis.

DEus qui manu largiflua bona omnia confers gratis. tue laudabili largitati omnis honor et ſanctitas cognoſcatur/ que ꝓpter maximā abundantiam ſui/ et ꝓpter liberalitatē vere probitatis: eſſe tribuit omnibꝰ creaturis. ¶ Non ſolum tua omnipotēs largitas oſtēditur eſſe maxima in hoc ꝙ ipſe tribuit creaturis: imo etiam eius oſtēditur magnitudo/ in hoc ꝙ in eſſe ſuſtinet creaturas/ que facile redigerentur ad non eſſe/ niſi eas in eſſe ſuo tua largitas ſuſtineret. ¶ Cum ergo tua ſit omnibus largitas cōmendanda/ quia creaturis omnibus dedit eſſe/ et ipſas ſuſtinet in eodem ſimiliter eſt laudanda quia appropriauit ſuas ꝓprietates ⁊ naturā cuilibet creature/ ꝓpter quas modus viuendi et habendi omnia ea que eis fuerint neceſſaria miniſtretur. ¶ Sapientiſſime dn̄e qui omnia palam vides: benedicta ſit tua largitas/ que dedit radices vegetabilibus: quibus mediātibus poſſint frui vita. et dedit eis flores/ folia/ ſemina/ atq; fructus: ꝑ que repullulent/ renouentur/ et reuiuant/ vt eorum natura non pereat. ¶ Quis debet ergo tuam largitatem laudabilem ignorare? quia non ſolum vegetabilibus iſta facit: imo confert eis pluuias/ aquas/ ventos/ caliditatē/ frigiditatē/ humiditatem/ atq; ſiccitatem: vt fructificent ſuper terrā. ¶ Domine deus tua largitas omnipotens facit alia vegetabiliū in locis planis creſcere/ florere/ frondere. ⁊ alia in montibus prout patet. et ſic prout eorū exigunt qualitates: in diuerſis locis pullulant: atq; creſcunt. ¶ Deus qui ſperātes in tua miſericordia ſaluos facis. benedicta ſit tua largitas nunc et ſemꝑ/ que dedit animalibus plātas ⁊ herbas/ a quibus eoꝝ vita in hoc ſeculo ſuſtentetur. ¶ Tua largitas appropriauit naturā alijs animaliū/ vt viuant ex ſeminibus ⁊ herbis: et alijs ꝙ ex animalibus ceteris ſuſtentaculū vite ſumāt: et alijs ſecūdū naturā et ꝓprietatē eoꝝ pilos tribuit atq; lanam: vt ſint eis pro veſtiū integumentis. ¶ Q̄ abundans eſt tua largitas in omnibꝰ ſancte deꝰ. q̄a ipſa dedit auibus plumas vt poſſint nocumenta frigoris deuitare/ alas ad volandū/ roſtrū ad edendū/ pedes ad ambulandū/ ⁊ vngues ad rapiēdū ⁊ ꝯſtringēdū: ⁊ mīſtrauit eis arbores vt in ipſis poſſint ſtruere nidos ſuos. ¶ Deꝰ q̄ es colūna fortitudinis ſeruis tuis. tua manꝰ largiflua dedit maris piſcibꝰ aquas ſalſas/ in quibus optime inueniūt ſuſtentaculum ſue vite. et dedit piſcibus fluminū aquas dulces/ in quibus eis ſimiliter ſuū viuere miniſtrat̄. vnde oīa iſta beneficia a tue procedūt gratia largitatis. ¶ Omnipotens deus noſter/ tu dediſti cuilibet ſpeciei animaliū ſuas voces: quibus ſe cognoſcūt alternatim. ⁊ appropriaſti ſimiliter cantū ſuū cuilibet volucrū ſpeciei quo amenū iter ſe ſentiūt cōſolamē. ¶ Dn̄e deꝰ quāto plus multiplicant̄ animalia et vegetabilia/ tam in terra q̄ in mari/ vel in fluminibus aut in aere: tanto plus in eis tua maxima largitas demōſtratur. vnde cū animalia et vegetabilia ſint tot et tāta/ ⁊ alia alijs ſint ita diuerſa: q̄s poſſet exiſtimare tue maxime largitatis magnitudinem? ¶ Rex regum deus et dn̄e dominoꝝ. tanta eſt tua gratia largitatis: ꝙ (omnibꝰ recte conſideratis) vnicuiq; creature omnia ſua neceſſaria ſubminiſtras. et eſt valde mirabile de humana natura. quia quanto plus largit̄ gratia tui de ſuis facultatibus in hac vita: tanto plus ſibi in hoc mundo bona tribuit tua largitas abundanter. ¶ Cū ergo nemo in intellectu ſuo/ tuam poſſit comprehendere largitatem: quis eſt ita infelix/ qui poſſit conq̄ri de tuorū munerū largitate/ vel de tua miſericordia deſperare? ¶ Domine deus/ cū tu ſis creaturis omnibus ita largus: q̄ beati ſunt illi qui totam voluntatem ſuā et animū tibi tribuūt in hoc mūdo/ reſiſtentes carnaliū voluptatum voluntati? ¶ Deus q̄ per gratiam ſancti ſpiritus mētes illuminas excecatas cū tu tam diuerſis creaturis tot diuerſa ſuffragia largiaris: rationabile eſt vt quelibet creatura ⁊ maxime he que ſunt ratiōales/ voce inceſſabili benedicāt/ laudent/ ⁊ glorificent tuam maximā largitatē. Quia ſicut nature iura exigunt ꝙ omne ſimile ſuo ſimili ſit applaudēs: ſic tua creatio vnicuiq; homini exigit in hac vita/ vt exaltet ⁊ magnificet nomē glorioſiſſimū tui creatoris. ¶ Poſtq̄ tu pater miſericors nobis affluenter nō ſolū bona tēporalia ſed ſpiritualia ſic ꝓtendis: q̄s poteſt eē tāta caligine excecatus: vt manifeſte ⁊ clare non videat ⁊ cognoſcat ꝙ ꝓpt̄ beneficia ſibi a te collata/ iceſſanter tenet̄ tibi bn̄dictiōes ipēdere atq; laudes? ¶ Eterne cōditor orbis terre: tua ingēs largitas ſecundū magis ⁊ minus attribuitur

creaturis.nam tu creaſti creaturas: alias aliis melio
res/ꝛ feciſti alias dominari aliis et preeſſe. ¶Nam
alia animaliū irrationaliū/aliis obediūt: et ea tanq̄
eis dominātia metuūt ꝛ formidant. q̄re nos q̄ ſum⁹
creature rationabiles / tue benedicte largitati debe=
remus merito q̄plurimas impendere reuerentias ꝛ
honores / eo ꝙ nos honoraſti pre aliis excellenter/
faciens nos creaturis ceteris dominari. ¶Sed ego
dñe deus valde me culpabilē reputo et indignū ra=
tionalem nūcupari:cum video ꝙ animalia irrationa
lia habent inter ſe ꝑceptionem et induſtriā cognoſcē
di/quādo alia aliis ſunt amicabilia vel infeſta.ꝛ ego
quem tu decoraſti ratione pre aliis creaturis:neſciui
recognoſcere a te tātā gratiam michi factam. quem
etiā tam tenere dilexiſti:ꝙ me creaſti ad hoc vt eſſem
particeps tue beatitudinis paradyſi. ¶Domine de⁹
cuius poteſtati nichil poteſt reſiſtere/tua ſit ingēs lar
gitas benedicta/que in donis animalibus irrationa
libus collatis in hoc mūdo/ꝛ que ſunt eis cōuenien
tia ſecundū eorū captū: oſtendit nobis ꝙ ea dona a
te petere debeamus/que ſint nobis neceſſaria ſecū=
dum noſtre rationis preelectionē. ¶Pater celeſtis
in omnib⁹ gratioſe.ſi tua largitas vegetabilia ꝛ alia
irrationalia implet bonis que tuam bonitatē maxi=
mā non nouerūt:quanto magis nos bonis neceſſa
riis implet/qui tuarū virtutum nouimus largitatē.
¶Attamen cum ego et q̄plures alii ſimus propter
peccatorū noſtrorū multitudinem adeo excecati/vt
a te bona nobis data non cognouerimus:multo ma
gis et merito ſunt digna bruta animalia ꝙ poſſide
ant tua dona:q̄ nos q̄ ad hoc finaliter creaſti vt eter
norū bonorū eſſemus ꝑpetuo poſſeſſores. ¶Deus
qui doces cūctas nationes huius ſeculi viam pacis.
tu dediſti q̄plures bonas proprietates brutis ani=
malibus et vegetabilibus in hoc mūdo:ꝓpter quas
nos ratiōales tenemur diligere cuncta illa/ et hoc ꝓ
pter largitatem tuorū munerū que recipiūt a te deo
¶Sed cū nos ignorantie caligine ſimus pleni. per
ſe tantum diligimus creaturas:et nō propter dona q̄
a tua recipiūt largitate. ¶Unde in hoc deuiamus a
recto tramite veritatis.quia quilibet debet plus dili
gere munerū largitorē:q̄ munera ſibi data. ¶Tibi
domine deus(qui ſubleuas in te confidentes)ſit oīs
laus et gloria nūc et ſemꝑ.quia quodlibet tam bru=
toꝝ animaliū q̄ vegetabiliū/ diligit tenerrime quā=
cunq3 ꝓprietatē tui doni que proprie ineſt ſibi. ¶Et
ꝙ hoc ſit verum patet in indiuiduis cuiuſlibet ſpe=
ciei.quia quodlibet conatur et nititur pro ſuo captu/
vt fruatur in hoc ſeculo ſuo eſſe/ et nullum volūtarie
vult ipſum deſinere aut redigere in non eſſe. ¶Cū
optima ꝛ ꝑfecta ſint omnia dona tua/ et ea a creatu
ra qualibet diligantur quātum pertinet ad naturam
et proprietatem cuiuſlibet:q̄plurimū tenemur dili=
gere ꝛ hilariter admittere omnia dona tua/et te po
tius eorum largitorem/qui tot et tanta gratioſa do
na recepimus a te/qui es ſingulariter noſter domi=
nus atq3 deus.

### ¶Qualiter deus eſt largus homini in eo ꝙ dedit ſibi humanum eſſe.

DEus qui nobilitaſti hominem pre ce=
teris creaturis: tibi ineternū omnis
benedictio et gloria tribuatur. qui ꝓ
pter tuam largifluā bonitatē eſſe hu=
manū (quod dignius et nobilius eſt
ceteris)homini tribuiſti. ¶Dñe de⁹
ſicut tu nobilitaſti hominē ratione ſui eſſe pre ceteris
creaturis:ſic eum nobilitaſti pre omnibus creaturis
aliis operib⁹ ſtudioſis/ꝓpter que meritorie ad eter=
nam beatitudinem valeat peruenire. ¶Cū tu ergo
domīe hominē decoraueris ſuo eſſe/et virtutū ope=
ribus:maximā cauſam toti humano generi prebui
ſti/benedicendi/ et glorificandi tuam glorioſiſſimā
largitatem. ¶Deus qui noſtris neceſſitatibus ſub=
uenis larga manu.poſtq̄ tua maiora et meliora do=
na dederis homi/q̄ alicui creature. valde eſt dignū
et cōſonū rationi/ꝙ homo ſit promptior ſine compa
ratione ad impendendū tibi omnē gloriam et hono
rem/q̄ aliqua alia creatura.quia qui plura beneficia
recipit ab aliquo et maiora:plus ei tenetur regratia=
ri q̄ cui minora beneficia ſunt collata. ¶Pater mi
ſericors/cū eſſe humanū michi indigno dederis ſer=
uo tuo/ et ego tanq̄ brutum animal ſemꝑ duxerim
vitam meā:quibus penis reputare me debeo eſſe di
gnū:qui gratiarū actionem debitarū et laudum/ ti=
bi debitū non perſolui. ¶Domine deus:ſicut tua lar
gitas excellit omnes alias largitates: ſic(peccatis
noſtris exigentibus)noſtra cupiditas omnes alias
antecedit. et ſicut tu es ipſa perfectio largitatis / eo
ꝙ largiora ꝛ meliora pre ceteris dona prebes:ſic ego
ſum ipſa cupiditatis perfectio/q̄a magis ingrata do
na tribuo/et pre aliis viliora/ſi dona debeant dici.
¶Domine deus cui non eſt principiū neq3 finis. ſi=
cut tu iure dignus es glorificari/et laudari propter
tuā maximā largitatem: ſic totum genus humanū
eſt propter ſuam cupiditatem maximā increpandū.
quia ſicut tu es largior hominibus q̄ ceteris creatu
ris:ſic homines ſunt magis cupidi/q̄ cetere creatu=
re in reddēdis laudibus tuo nomi glorioſo. ¶San
cte deus q̄ iuſta eſt tua vltio cunctis.quia ipſa ordi=
nat ꝙ homines qui ſunt cupidiſſimi/tibi ſeruitia de=
bita reddendi magis indigeant donis gratie/que tu
confers hominibus in hoc mundo/q̄ qui reddūt lar
giter ea tibi. ¶Cum tua largitas faciat te eē omniū
creatorē/ꝛ nr̄m dñm ſingularē:maledicta eſt illa cu=
piditas que excecat homīes in hoc mūdo faciēs eos

ignorātes bona que a tua habent originē largitate. ¶ Domine deus cuius liuore noſtra vulnera ſunt ſanata. cum inter omnes alios largitores nō tot dona ſicut tua nec ita nobilia poſſint dari/ ꝛ cū omnia alia ſint quodāmodo cupiditas reſpectu excellentie tue maxime largitatis: omnes illi temerarij ſunt cenſendi qui aliqua bona a creatura/ et nō a te ſolo querūt: cū a te ſolo bona omnia oriātur. ¶ Ergo ego fui hactenus temerarius atqꝫ ſtultus/ qui ꝙ plura dona petij a diuitibus hominibus in hoc mūdo: qui ſunt magis cupidi bonoꝝ mundanoꝝ ꝙ pauperes. et in hoc maxime fui ſtultus/ quia dū mee petitioni eoꝝ cupiditas reſiſtebat: ego non recurri ad tuoꝝ inumerabiliū munerū largitatē. ¶ Non ergo nos inanis cōfidētia petitionis humane teneat excecatos/ cū omnes homines cupiditatis ꝛ auaricie ſint origo: ſed recurramus in noſtrarū petitionū neceſſitatibꝰ ad tue celſitudinē largitatis que eternoꝝ munerū eſt fons viuus. ¶ Deus cuius nichil preſcientie eſt abſconſū Illi qui ſunt largi/ ꝛ optimi donatores libētius maiora dona tribuūt ꝙ minora: et citius ea que fuerint chariora/ ꝙ ea que vilia reputentur. ſi quis ergo largus erga te dominū cupit eſſe: prius debet ſuū corpꝰ et animā tibi dare/ et poſtea ꝑ conſequens quicquid poſſidet in hoc mundo. quia tibi dare corpus ꝛ animā: eſt tibi dare optima et chariſſima dona que tibi aliquis poſſet dare. ¶ Dn̄e deus cuius miſericordia nos vocat ad gaudia paradyſi. ſi quis prius corpus et animā offert tibi: poſtea q̄cūqꝫ in hoc ſeculo poſſidet eſt facile dare. nam cū quis alteri totaliter dat ſe ipſum: valde eſt ſibi poſtea facile quecūqꝫ poſſidet ei dare. ¶ Sed cū ego peccator nefandiſſimus meipm̄ totū peccatis dederim toto tempore vite mee/ ꝛ omnia quecūqꝫ poſſedi fecerim ſubiecta et preparamenta hactenus viciorū: tuā miſericordiā humiliter imploro: ꝙ ipſa preſtet michi gratiā: vt deinceps meipſum totū/ ꝛ ex conſequēti quecūqꝫ in hoc ſeculo poſſideo (dū hic vixero) valeam tibi dare. ¶ Deus qui a manibus ſuorū hoſtium protegis ſeruos tuos. ſicut nemo poteſt aliū vere diligere/ niſi virtꝰ amoris fuerit primitus in eodem: ſic nemo poteſt vllatenus eſſe largus/ niſi prius ſeipm̄ totū tribuat tibi deo/ ꝛ poſt ea ex conſequenti quicquid habet. ¶ Si quis daret quicquid in orbe eſt/ vel plus etiam ſi haberet/ ſeipſum vero totum minime vellet dare: dico ꝙ talis careret perfectione vere largitatis. quia maius donū ꝛ perfectius eſt: aliquem totū alteri ſe prebere/ ꝙ dare ſibi quicquid cōtinet totꝰ orbis. ¶ Benedicta ſit domine deus tua largitas nūc ꝛ ſemꝑ. quia ad hoc ipſa rationem nobis hanc largiendi exigit a nobis quotidie/ vt ei noſmetipſos demus ꝛ omnia quecūqꝫ poſſidemus. ſed nos precepta tua adeo non implemus/ quia ſumus nimia cupidine excecati. ſed hoc non accidit tue imēſitati largitatis: nam licet nos inobedientes et rebelles ſimus (vt fatui) tuis iuſſis: non idcirco nobis retrahis largifluam manū tuam. ¶ Dn̄e deus: qui quibus vis tuam gratiā confers. cum illi largiſſimi ab hominibus nūcupentur/ qui dāt aliis de ſuis facultatibus ea que querunt ab eis: quanto plus tu largior es eiſdem qui non ſolum petentibus tibi prebes: ſed etiam eis qui tibi propter ſuam temeritatem nefandam nichil petunt/ et maxime eis tua munera ſunt eterna. ¶ Sed prohdolor michi nefandiſſimo peccatori/ cuius tanta eſt cupiditas obtenebrans meam lucem. ꝙ non ſolum iis qui nō petunt nō porrigam manū munificam: ſed ne iis quidem qui humiliter a me petunt. ¶ Si illi habentur largi/ apud te dominū deum noſtrū: qui tuo intuitu erogant pauperibus bona ſua/ et benedictiones et laudes debitas tibi reddunt: quanto largiores ſunt ii/ qui propter exaltationem et confeſſionem tui nominis effundunt ſuū ſanguinem in hoc mundo/ palmam martyrij ſibi acquirere cupientes. ¶ Domine deus qui nos diligis tanꝙ filios proprios et naturales. licet tu dederis michi indigno ſeruo tuo tot ꝛ tāta dona que non poſſent ab aliquo numerari/ nec ea mens percipere vlla poſſet: ob hoc tamen non ceſſo petere a te quotidie neceſſaria dona/ neqꝫ ceſſabo toto tēpore vite mee. quia ſi deſiſterem a tua petere largitate: poſtea nulla poſſent ſufficere michi danti. ¶ Omnipotens ſancte deus: ſicut nemo tot reddere gratias tibi poteſt/ quot tua dona que nobis confers quotidie merentur ac digna ſunt: ſic nemo eſt qui tantū petere a te poſſet/ quātū tua largitas nobis confert. ¶ Propter hoc noſtre gratie quas tibi agimus: non poſſunt tuis donis (que nobis das) debite reſpondere. quia tua largitas eſt ſine cōparatione aliqua multo maior: ꝙ ſit noſtra cognitio tuorum munerū que nobis impartiris. vnde ſicut noſtra cognitio tuam nequit comprehendere largitatem: ſic noſtra cognitio nequit ſufficere ad cognoſcendū omnia dona que nobis ſunt neceſſaria. ¶ Domine deꝰ qui omnia cōfers gratis. cum tu dederis michi tam nobile et excellens eſſe in hoc ꝙ me hominem creaſti/ et michi dederis tantū donū ꝙ vix mea mens intelligere poſſit qua fronte auſus ſim eſſe ita ingratꝰ tibi deo: vt de tanto munere a te accepto nullas gratias agam. ¶ Aufer a me pater miſericordie omnē cupiditatem corporis atqꝫ mētis/ et preſta michi munus gratie ſpeciale/ ꝙ (omni cupiditate a me radicitus extirpata) tantam amoris erga te in me habeam largitatem: vt meipſum totum/ et quecunqꝫ poſſideo in hoc mundo dem (ſine retentione aliqua) tibi deo. ¶ Domine deus ſi quis predictum amorem largitatis erga te habeat/ habebit odio quecūqꝫ execrabile vicium cupiditatis ad ſe trahit/ et erit eorum maximus inimicus. ꝛ amplectetur atqꝫ requiret totis ſuis viribus q̄cūqꝫ vere congruūt largitati.

¶ Rex imortalis deus: glorioſiſſime triumphator. munera q̄ cōfert tua largitas ſunt pfecta . qa tu es in largitate pfectiſſimus/ ⁊ in oībus bonis virtutū ceterarū: ſed noſtra munera imperfecta plus cupiditatis ſapiunt naturā q̄ꝫ largitatis. ¶ Dn̄e deus ꝓpter dona largiflua que tu confers: tua maxima largitas demōſtratur. ⁊ ꝓpter munuſcula que adinuicē nos prebemus (ſcilicet alter alteri in hoc mundo) noſtra oſtenditur cupiditas vicioſa. quia ſicut tu es ipa bonoꝝ omniū largitas (nam ea que proprie tua ſūt abſ de largiris cunctis) ſic nos debemus cupidiſſimi reputari: quia damus ea q̄ nullo modo ſunt noſtri iuris. ¶ Pater miſericors deus cū tua ineſtimabilis bonitas/ nulla niſi pfectiſſima cōferat dona: ego humilis ſeruus tuus cōtrito corde/ ⁊ crebra lamentatione deuotiſſime te oro vt īfundas michi mun⁹ tue benedictiōis ⁊ gratie: quia talia dona ſalutifera debent peti ⁊ exigi a te deo.

¶ Qualiter deus eſt largus in hoc q̄ dat hominibus bona temporalia.

DEus a cuius largitate bona temporalia defluūt abūdanter: te laudent oīa omnia ſine fine. qa tu nobilitaſti humanū genus donis maximis/ q̄ eis in hoc ſeculo tribuiſti: eo q̄ feciſti ipſum elementis/ vegetabilibus/ ⁊ oīb⁹ irratiōabilibus animalib⁹ dominari. Quia ab igne lux in tenebris nobis datur/ q̄ et nos calefacit/ ⁊ vniuerſa alimenta noſtra decoquimus igne. et mediante aere loquimur/ ⁊ ꝓpter virtutem aeris (dū hic viuimus) reſpiramus. at ꝑ aque ꝓprietatem occurrimus ſiti noſtre/ ⁊ cauſa ipſius oīa vegetabilia pullulant atq̄ creſcūt. ſup terrā autē gradimur/ ⁊ terra nobis germinat oīa ſemina atq̄ꝫ fructus: quibus veſcimur in hoc mūdo: idcirco omnia elementa ſunt deputata neceſſitati/ ⁊ humano ſeruitio prout poteſt cuilibet hoc patere. ¶ Tāta eſt domie deus tue copia largitatis q̄ omnes homines tam bonos q̄ꝫ reprobos: abūdantes bonis tēporalibus facit/ ita q̄ nulli aliq̄d deficit omnibus cōſideratis: quia nature cōmoda nulli deſunt. ¶ De⁹ q̄ humiles nō deſeris ſeruos tuos. ſicut tua manus largiflua ineſtimabilia hominib⁹ dona dedit: ſic ſūpto exemplo a te/ ⁊ habito intuitu tue largitatis: deberent homines eſſe largi de omnibus bonis tēporalibus que poſſidēt in hoc mūdo/ ita vt tibi oīa illa darent: ⁊ nichil ſibiipis preter illa que ſue vite eſſent neceſſaria retinerent. ¶ Dn̄e de⁹ qui regis omnia ſapiēter. nichil eſt q̄d dona/ que tu cōfers humano generi: impedire valeat vel auferre. cū tu ei tribuere velis ea/ et nichil ſimiliter poteſt te compellere q̄ tu des hominibus aliquid ꝑ violentiā aut coact⁹. ¶ Tot et tanta ſunt dona que humanū genus a tua recipit largitate: q̄ ꝓpter ſui infinitatem/ nullus humanus cogitat⁹ ea poteſt comprehendere. Magnificetur vbiq̄ꝫ tuū nomen glorioſiſſimū ſancte deus. quia ſicut homo nimia cupidine excecatus/ ea que quaſi nullius ſunt valoris (et ſi ſint/ ſunt modici) ſepe prebet/ et ſibi retinet que ſunt bona: ſic tu per contrariū propter tue excellentiam largitatis/ ea q̄ ſunt optima/ neceſſaria/ et vtilia ſemper prebes/ ita q̄ nichil confers alicui niſi bonū. ¶ Sicut chara dona et optima oſtendunt largitatem alicuius in hoc ſeculo et potius quando non petentibus illa donat: ſic ad intelligendū tuam largitatē incomprehenſibilē/ excellentia tuoꝝ eternoꝝ munerū manifeſtat: et quia tam a te petentibus/ q̄ꝫ non petentibus ea confers. ¶ Dn̄e deus ſi illi a multitudine hominū largiſſimi nūcupantur/ qui tribuūt multa dona/ et plus dant q̄ꝫ ab ipſis exigāt petitores/ ⁊ meliora dona conferūt q̄ꝫ ab eis petantur: quanto magis ſine comparatione aliqua tu dignus es largiſſimus nominari. qui innumerabilia et infinita creaturis omnibus cōfers dona. ⁊ qui multo meliora cōfers munera q̄ꝫ a te petere ſciant homines. nam tu cōfers eis eterna munera ſepius quando ipſi tēporalia a te petunt. et quottidie confers eis: quando te eis nichil tribuere credunt. ¶ Deus cuius magnitudinem nulla natura comprehendit. dona ſolent dari ab hominibus adinuicē in hoc mūdo/ ita q̄ amor qui habetur erga eos qui dona recipiūt ꝑpenditur pro maiori parte propter munerū quantitatē. quare illi qui te diligunt/ ſi te multum diligāt: deberent dona plurima tibi dare. ⁊ vt veriſimile eſt q̄ illi qui modica munera tibi prebēt: modicū te diligant. ¶ Sicut vera largitas dat proprietatem bono largitori/ vt non tedeat ipſum dare: ſic cupiditas dat proprietatem accipiendi cupido ⁊ petendi. vnde cum tu ſis pre omnibus ſummus dator: ideo non ceſſas nobis quottidie tribuere tua dona/ nec nos ceſſamus continue ⁊ cū importunitate maxima a tua petere largitate. ¶ Domine deus/ tanta eſt tua largitas: q̄ in quocūq̄ loco quis aliquid a te petat: ibidem tribuis illud ei. ſed aliter eſt de nobis miſeris quos cupiditas magna premit: quia ꝓpter nimiā cupiditatem que ad dandū retrahit manū noſtram: ad dandū ſunt nobis quaſi contraria cūcta loca. ¶ Dn̄e deus qui mereris ab omnibus gētib⁹ benedici. quāto q̄s tuo amore ⁊ intuitu plura ꝓbet: tanto magis ſine cōparatione aliqua: plura eis miſtrat tua largitas in hoc ſeculo ad prebēdum. et ꝑ cōtrariū quāto q̄s de bonis ſuis eſt magis cupidus tibi deo: tāto pauperior eſt bonis tēporalib⁹/ et poti⁹ ſpiritualibus in hoc ſeculo et futuro. ¶ Pater omnipotens et eterne. ſicut dare eſt res optima et ſalubris: ſic auferre eſt res peſſima et ſaluti cōtraria et obiecta. vnde cū dare a largitate ortū habeat et ꝓceſſū/ auferre vero a cupiditatis vicio oriatur: patet q̄ ſi vera largi

tas fuerit in homine/eū ducet recto tramite ad salu-tem:ꝛ cupiditas ad voraginē gehēnalē. ¶ Igitur cū dare ſit res optima ꝛ excellētiſſima ad ſalutē: quomodo poſſumus eſſe adeo excecati/ꝙ nō damus cū habemus dandi oportunitatē atqꝫ poſſe in hoc ſeculo dū poſſidemus bona q̄ poſſumus erogare? ꝛ quare auari diuites auferūt pauperibus ea q̄ tu tribuis ipſis bona? vel quare affectant habere ea que tu merito ipſis negas? ¶ Deus cuius potentia eſt vbiqꝫ: q̄ꝫ plurimū eſt tua largitas virtuoſa/quia tuorū donorū facultas nō diminuit̄ ꝓpt̄ cōtinuū tuū dare. quare nullus debet ceſſare a te quottidie petere toto tp̄e vite ſue: licet a te (vt ita loq̄r) dona acceperit infinita. ¶ Dn̄e deus tua laudabilis largitas/ꝑpter ſui bonitatē q̄ꝫ plurima dona/optima/et vtiliſſima dedit michi: ſed mea caligata cupiditas petiit a te frequenti⁹ plura dona vilia tranſitoria q̄ vtilitatē aliquā nō habebant q̄ꝫ ſpiritualia. ¶ Tot et tanta dona optima tua largitas michi dedit: ꝛ tot gratiarū me muneribus onerauit: ꝙ ego ꝑpter meā cupiditatem ſum effectus accidētaliter gratiarū tuorū munerum ignarus: ꝛ ex cōſequēti inobediēs tuis iuſſis. ¶ De⁹ fons viuus emanās charitate. licet tu michi dederis ī hoc ſeculo plura dona: parū oīa ꝓſunt michi/ niſi tuum amorem ſimiliter dones michi. quia nulla dona ſine tuo amore michi poſſent ſufficere ad ſalutem. nā niſi inter dantem ꝛ recipientē ſit verus amor et correlatiuus adinuicē: oīa dona q̄ inter eos fuerūt aut ſūt procul dubio euaneſcūt. ¶ Unde cū tu pater miſericordie ꝑ veram charitatē me ſemꝑ dilexeris ſeruū tuū: et cū tu michi dona dederis īnūerabilia/ego vero (ac ſi te totaliter ignorarē) nūq̄ꝫ te dilexeri creatorē: ac ꝑpter mee cupiditatis caliginem/tuo ſeruitio ſubtraxerim meū eē: certiſſime cōſtat michi īfeliciſſimo peccatori/ꝙ (niſi de tanto reatu penitentiā in hoc ſeculo egero cōgruentē/ꝛ niſi miſereat̄ michi miſericordia tua) dānationē ꝑpetuā ſuſtinebo. ¶ Dn̄e de⁹ ſicut tu fuiſti largiſſim⁹ michi ſeruo tuo: ſic ego fui hactenus cupidior michi ipſi q̄ꝫ rei alicui de hoc mūdo. quia maior cupiditas quā quis poteſt habere cōtra ſe: eſt quādo eſt imemor ſui boni. ¶ Clemēs domine et benigne. natura eſt largi dn̄i habētis veram ī hoc ſeculo largitatem: vt ad petendū aliq̄d ab eo pl⁹ vnū tēpus q̄ꝫ aliud minime expetat̄/neqꝫ in vno tp̄e q̄ꝫ in alio inuenit̄ largior ad prebendū/imo et equalia ad dādū ea q̄ dari cōueniūt oīa anni tēpora debēt eſſe. ¶ Natura eſt cupidi hominis ꝙ nichil aut parū ī vita ſua vult tribuere/dū ſunt vtilia ſua dona: ſed ſemper ꝓponit in fine dierū ſuoꝝ ſuas diſtribuere facultates: quādo plus non poteſt ſuas diuitias poſſidere/et quando nemo ei de bonis q̄ diſtribuit refert gratias. ¶ Dn̄e deus/ſicut tu plus humano generi prebuiſti/q̄ꝫ vires exigāt ſuoꝝ meritoꝝ: ſic tenent̄ homines vltra ſuum poſſe/ꝛ vires ſuas ſe tibi dare (ſi eſſet poſſibile) et ſeruire: licet tu nemini aliquid imponas vltra poſſe. ¶ Deus cui⁹ magnitudinem humanus nequit comprehendere intellectus. Si quis vult ex ſe omne genus cupiditatis radicitus extirpare: non poteſt aliud remediū ſue anime adhibere/ niſi ꝙ ſe ipſum tribuat totum tibi/et ex ꝯſequēti quecūqꝫ poſſidet in hoc mūdo. ¶ Melius eſt petere ſine cōparatione a diuite tribuēte libentiſſime bona ſua/ q̄ꝫ ipſi ea q̄ poſſidet auferre. quare ergo pauperes auferunt violēte diuiti bona ſua tp̄alia/q̄ libēter tribuit ꝛ ſpōtanea volūtate/q̄ eis nō negaret ſuū ſeruitiū ſi illud exigerēt ab eodē? vl̄ q̄re a te nō poſtulāt ea q̄ auferūt aliis violēter? ¶ Tāta eſt tua largitas ꝛ ī oīb⁹ gratioſa: ꝙ dat nobis ea que ſūt neceſſaria ad ſalutē. quare neceſſariū eſt nobis ꝙ (cupiditatis vicio ꝓcul pulſo) noſmetipſos decetero dū vixerimus in hoc mundo tuo ſeruitio ſubmittam⁹: q̄ inumerabilia dona a tua recepimus largitate. ¶ Deus ꝑpter cuius miſericordiam humano generi adeſt ſalus. Tu ꝑpter hoc nobis tribuis dona tua/quia plus nos diligis q̄ꝫ munera q̄ das nobis/ꝛ nos recipimus a te illa que plus diligimus q̄ꝫ te deū. quis ergo eſt tanta caligine excecatus vt tuam in hoc benigniſſimā nequeat cognoſcere largitatē/et cui nō poſſit cupiditatis nr̄e patefieri error? ¶ Tot ꝛ tāta dona ꝛ ita nobilia nobis ſemper contuliſti/ꝛ quottidie cōfers:/ꝛ expectam⁹ adhuc vt ſine cōparatione aliqua in futuro ſeculo nobis conferas meliora: ꝙ tanto nos onere debiti oneraſti vt oporteat nos tibi ſoluere in hac vita. qđ niſi tua gratia miſericorditer nos adiuuerit ad portandū: nemo eſt ita fortis vel robuſtus q̄ in hoc mūdo portare valeat tantū onus/qđ quidem onus eſt ſeruitiū et gratiarū actio atqꝫ laudū q̄s tenemur reddere tibi deo. ¶ Sed quid de tua largitate inumerabili plura loquar? quia tanta copia eſt illius ꝙ multotiēs videtur nobis ꝙ tu auferas nobis tēporalia bona nr̄a: quando tribuis illa. valde ergo debem⁹ eſſe ſolliciti toto tempore vite noſtre/laudes impendere tue largitati deus.

¶ Qualiter dn̄s noſter ieſus fuit largus de ſua benedicta humanitate.

DEus qui vnigenito filio tuo cū mortem ſubiret non pepercisti/ vt genus hūanū ꝑditū repararet: oīs laus ꝛ gloria ab omnibus tue largitati benedictiſſime prebeatur. quia tu chriſte de precioſiſſima carne tua quā in vtero beatiſſime virginis aſſumpſiſti: ita largus effici voluiſti/ꝙ eam diuerſis laboribus/anguſtiis/dolorib⁹ et breuiter multiplici paſſionum generi tradidiſti. ¶ Uere de tota carne tua fuiſti largiſſimus/et de toto tuo ſanguine/cū mortē ſubiiſti in hoc ſeculo corporalem. nam tuū corpus fuit grauiter vulneratū: et

totum vbiq; verberibꝰ flagellatū:⁊ quaſi totus tuus
ſanguis fuit ab ipſo corpore fuſus. ¶Tota tua hu=
manitas oſtēdit nobis mirabiliter in hoc ſeculo tuā
maximā largitatē in hoc ꝙ omnes dies quibꝰ vixiſti
in hoc mūdo:in ſalutē ⁊ redēptionem humani gene
ris expendiſti/vt eterne tue beatitudinis poſſemus
effici poſſeſſores. ¶Dñe ieſu chriſte cuius paſſio ab
omni crimine nos mūdauit.q̄cunq; tu feciſti in hoc
ſeculo a die natiuitatis tue vſq; ad obitꝰ tui diē: om
nia feciſti gratia rerum q̄ valde noſtre ſaluti neceſſa=
rie exiſtebant. ¶O q̄; dignū eſſet ⁊ conſonū rationi/
ꝙ totum humanū genus hoc poneret ad laudem et
gloriā tui noīs glorioſi:qđ tu circa ſalutem ſuā ī hoc
ſeculo poſuiſti.nā tu propter tuā largitatē benigniſ
ſimam/dediſti totā tuā carnē ⁊ ſanguinē ⁊ omne tē=
pus vite tue:⁊ oīa tua opera atq; facta humano ge=
neri:vt ipſum(ſicut ſuperiꝰ iā tactū eſt)a morte ꝑpe=
tua liberares. ¶Oēs principatus/dñia/ mundanas
diuitias/⁊ oēs delitias totaliter tribuiſti/⁊ tu nichil
iſtorum predictorū habere in hoc ſeculo voluiſti:imo
omnibus his credere noluiſti ꝓpter dilectionē ma=
ximam quā nobis tanq; tuis filiis habuiſti. ¶Salu
tis humane amator dñe ieſu chriſte:oēs hoīes certa
dant munera ⁊ finita:q̇a vltra finitatē nequeūt exten
dere ſua dona.vnde iſtud ineſt eis ꝓprie/quia defe=
ctum largitatis ⁊ potentie patiuntur:ſed tua benedi
cta largitas trāſcēdit quālibet finitatem/q̇a omnes
virtutes q̄ ſunt in te/ſunt ꝓculdubio īfinite. ¶Dñe
deus ſicut tua eſt largitas infinita:ſic vis vt tibi ſint
omnes hoīes ita largi/ ꝙ ſue largitati( quātū ad te)
non ponant terminū neq; finē / ſed tibi dent ſeipſos
prius penitus ⁊ ꝑ cōſequēs quicquid valeāt tibi da=
re:itavt nichil retineant ſibiipſis. ¶Sed q̇a nos pec
catis noſtris exigētibus ſumus ſola ipſa cupiditas:
et de tua diffidimꝰ largitate : terminū ⁊ finē ponimꝰ
his q̄ in hoc ſeculo tibi damꝰ / ⁊ nolumꝰ tibi vltra il
lum terminū dare.vnde q̇a iſtud viciū eſt in nobis/
circa te amorē plenariū non habemus. ¶Potētiſſi
me dñe cuiꝰ miſericordia in ea vere confidentes non
fallit.ſicut de tota tua hūanitate fuiſti nobis largiſſi
mus in hoc mūdo:ſic es nobis largiſſimus in regno
tue celeſtis glorie:vt in ipſa poſſimꝰ recipere eternā
beatitudinem paradyſi.Quia ꝓpter hoc ꝙ tua bene
dicta hūanitas eſt vnita cū tua glorioſiſſima deita=
te:oēs beati qui ſunt tue celeſtis glorie poſſeſſores/ī
tua hūanitate benigniſſima poterūt gloriari. ¶Cū
ergo de tota tua humanitate dñe ieſu chriſte largiſſi
mus fueris in hoc mūdo:⁊ de toto ſis largiſſimꝰ ī fu
turo:quis poſſet exiſtimare benignitatem tue maxi
me largitatis? ¶Dñe deus cuius virtutes nullū pri=
cipium anteceſſit.glorioſiſſimus filius tuus eſt no=
bis largiſſimus de humana carne quā aſſumpſit ex
beatiſſima maria virgine matre eiꝰ: in hoc ꝙ dat eā
nobis quotidie pro refectiōe eterni panis glorie pa=
radyſi.et eſt nobis largiſſimus ſimiliter de ſuo ſan=
guine ꝓcioſo/ in hoc ꝙ dat eū nobis vt ī potu ſit om
nibus beatitudinis(cum ſit eterne vite potus)plena
ria refectio.nos autem de pane materiali ⁊ aqua ſu=
mus parciſſimi pauperibus tuis deus. ¶Pater cle
mentie cum tu de tua carne mūdiſſima ⁊ de tuo ſan=
guine innoxio nobis tantam feceris largitatē:⁊ nos
ſimꝰ de pane materiali/ de aqua /et de ceteris bonis
temporalibus adeo cupidi ⁊ auari:quis eſt q̇ tē poſ=
ſet laudare vel glorificare ſecundū magnitudinē tue
largitatis? ⁊ quis eſt qui ſecundū multitudinē ⁊ ma
gnitudinem noſtre maxime cupiditatis/nos poſſet
debite increpare? ¶Domine deus:ſicut tua benedi=
cta largitas/facit aquas a rupibus emanare:⁊ ab eis
terre faciē irrigari:ſic mea maxima cupiditas meis
oculis intrudi lachrimas facit:ita ꝙ ab ipſis aliquā
exire(peccatis meis exigētibus)nō permittit. ¶Do
mine ieſu chriſte:cuius bñficiis omnes debēt ſubiici
creature:nullus intellectus humanus poteſt intelli=
gere apicem dignitatis maxime ⁊ honoris ad quem
tua hūanitas benigniſſima attingit ⁊ aſcendit ī hoc
ꝙ fuit vnita cū eſſentia eterne deitatis.vnde cum tu
de predicta tua humanitate fueris ita largus:nemo
poſſet perpēdere tantā tui dñi largitatē. ¶Benedi=
ctam humanitatem quā tu ſaluti noſtre in hoc ſecu=
lo pretendiſti:non pretēdiſti nobis vacuā virtutibus
vel ſorde aliqua inquinatā: vel criminibꝰ irretitam:
imo pretēdiſti nobis eā virtutibus plenā ſine ſorde
aliqua:⁊ abſq; nexu alicuius vicii.ſed noſtra hūani=
tas qua tibi deberemus in hoc ſeculo ſeruire eſt va=
cua virtutibus:⁊ tota criminibus irretita. ¶Nō eēt
in aliquo admirandū(imo naturaliter ⁊ ꝓprie debe=
ret cuilibet hoc ineſſe)ꝙ quilibet tibi daret omnia ea
que eſſent vel eſſe crederet optima.ſed iſtud eſt valde
mirabile ⁊ cōtrarium rationi : ſcilicet ꝙ tibi demus
hoc qđ minoris valoris eſt:⁊ viliꝰ reputamꝰ. ¶Dñe
deus cuius poteſtatē nemo poteſt comprehendere:
tua hūanitas quā ꝓ nobis diuerſis paſſionibus tra
didiſti fuit tradita pro nobis gratis ⁊ ſpontanea vo
luntate.nā niſi tu permiſiſſes iudeos crucifigere cor
pus tuū:nullo modo potuiſſent ei paſſiones vel no=
cumentum aliquod intuliſſe ¶Dñe ieſu chriſte vt in
largitate perfectiſſimus ab oībus agnoſcereris : vo=
luiſti totum corpus tuū pro redēptione humani ge=
neris ſubdere paſſionibus huius ſeculi doloroſis: et
in hoc poteſt vnuſquiſq; ſuam cupiditatem cogno=
ſcere.q̇a quicq̇d ferme aliquis tibi tribuit in hoc mū
do non gratuito animo vel ſpōtanea voluntate tibi
tribuit:ſed vt coactus. ¶Unde tota iſta cupiditas
ineſt nobis.quia non incedimus per primum motū
aut per intentionem in hoc ſeculo ordinatam.Nam
ſi per iter predictorum duorū in hoc ſeculo pergere=
mus : omnē cupiditatem a nobis radicitus vellere=
mus.et ita noſipſos ⁊ quecūq; poſſideremus in hoc

ſeculo: tibi ſine diminutione aliqua preberemus.
¶ Dñe ieſu chriſte omnes gētes laudēt culmen tue
incomprehenſibilis largitatis. Ingēs amor quē ha=
bebas humane ſpeciei induxit te ad dandum ei pro
redemptione ſua precioſiſſimū corpus tuū/ ⁊ nō (vt
poteſt pateſieri cuilibet) vllus timor. ſed nos ꝓpter
amorem vel timorē corpora noſtra tanq̄ auari ⁊ cu=
pidi nolumus tibi dare. ¶ Si aliquis rex terrenꝰ vel
princeps habetur largiſſimꝰ inter hoīes/ quando de
theſauris ſuis trāſitoriis confert eis: quāto plus de
bent homines te cognoſcere largiſſimū largitorem
qui eis teipſum ita largiter cōtuliſti. ¶ Maxima lar
gitas/ maximū donū/ ⁊ excellentiſſimū qđ vllatenus
poſſit eſſe: eſt ꝙ dñs vult ſuū propriū corpus morti
tradere ꝓ ſuo populo reſtaurādo. vnde vt iſta tanta
poſſet largitas in te eſſe: carnem humanā ſumere vo
luiſti: vt humano generi (quod eſt tuꝰ populus) poſ=
ſes predictam tantam facere largitatem. ¶ Dñe deꝰ
noſtrarū tribulationum conſolatio ſingularis. bene
dicta ſit tua liberaliſſima humanitas: q̄ non dubita
uit ſe morti tradere ꝓ nobis redimēdis a diaboli po
teſtate. vnde pater miſericordie cū nobis feceris tan
tum munus: merito debemꝰ ſimul vnanimiter exal
tare/ benedicere/ ⁊ glorificare ꝑ vniuerſum orbē ter=
rarum/ tuā innumerabilem largitatē. ¶ Cum innu
merabilia loca terrarum ſint in quibus tua largitas
ibidem habitantibus eſt ignota: q̄ largitas eſt hec:
quia tu pro reſtauratione generaliter totius humani
generis teipſum morti crudeliſſime obtuliſti. maxi=
ma verecūdia eſt nobis (quibus ipſa tua largitas eſt
euidentiſſime reſerata) ꝙ nō diuulgamus eā vniuer
ſis gentibus illic vbi nulla eſt facta mentio de eadē.
¶ Ego humilis ſeruus tuus oro tuam piiſſimā cle=
mentiam humiliter ⁊ deuote: ꝙ infundas gratiā ali
quibus chriſtianis: vt propalent cunctis infidelibus
qui te verū deū ⁊ hominē non nouerunt: ꝙ tu ſubiiſti
mortem vt humanū genus a poteſtate diaboli libe=
rares. ¶ Glorioſiſſime dñe deus noſter. maius detri
mentum/ maius damnū/ ⁊ maior boni amiſſio que ī
homine poſſit eſſe: eſt quando te verū deū ⁊ verū ho
minem ignorat. ignorans etiā tui omnipotētis dñi
maximā largitatem: ⁊ virtutum magnitudinē cete=
rarum. nā illi qui ignorant largitatem tue humani=
tatis (que nos abluit a peccato) nullatenus poſſunt
conſequi premia celeſtis curie paradyſi. imo precipi
tes deſcendunt ad patiendū penas perpetuas in vo
raginem gehennalē. ¶ Dñe deus cum tot ⁊ tāta do
na innumerabilia humanum genus a tua largitate
infinita ſuſceperit ⁊ ſpecialiter populus chriſtianus
concede pie ⁊ miſericors eidem gratiā muneris ſpi=
ritualis ꝙ aliqui chriſtianorū ſuccenſi afflamine ſan
cti ſpiritus in hoc mundo pandant infidelibus largi
tatem tui deus ſepe dictam. ¶ Pater omnipotens
cum predicta ignorantia ſit cauſa quare deſcendunt
ſine aliquo numero ad inferos infideles: da gratiam
in breui tempore aliquibus orthodoxis inſtructis in
diuina pagina atq; doctis ꝙ ī fide catholica iſtruāt
et erudiant infideles: vt omnes gentes que ſub celo
ſunt cognoſcant viam veritatis ſalutiferā tui deus.

## ¶ Qualiter deus eſt largiſſimus ratione eternorum bonorum glorie paradyſi que dat iuſtis.

DEus qui per aſpectum tue diuine eſ=
ſentie/ imples ſanctorum aīas plena=
ria beatitudine glorie tui regni: omīs
ſanctitas ⁊ gloria tue largitati copio
ſiſſime prebeatur ab omnibus gene=
ribus idiomatum huius mundi. q̇a
ſicut decet tuam largitatem dare in celeſti patria do
na glorie ſine fine: ſic decet eam eſſe infinitā. ¶ Dñe
deus cum tue celeſtis glorie perfecta deceat eſſe do=
na: oportet te illorum donorū eſſe perfectiſſimū lar=
gitorem. ¶ Dona que tu cōfers in celeſti patria: ſunt
ſine comparatiōe aliqua meliora ⁊ nobiliora: q̄ȝ ſan
cti ſuis operibus mereant̄. quia dona que tu eis con=
fers ſunt perpetua: ⁊ eorū poſſeſſores ſunt finiti ⁊ ter
minati in ſuo eſſe: ⁊ in operibꝰ que patrarūt. ¶ Deꝰ
qui recte ordinas omnes huius ſeculi creaturas. tot
et tāta ſunt dona glorie que das iuſtis: vt illa cor ho=
minis nō poſſet vllo modo cogitare/ nec os proferre
neq; oculi videre/ neq; ad audiendū ſufficere aures
poſſent. quia oīa iſta mēbra nichil niſi finitū poſſunt
comprehendere: ſed beatiſſima dona tua ſunt totali
ter ſine fine. ¶ Minimū donū quod tu iuſtis cōfers
in gloria paradyſi: eſt multo maius q̄ȝ oīa dona q̄ tu
tribuis in hoc mundo. vnde cū propter multitudinē
donorū q̄ in hoc mundo tribuis/ nequit humana ra=
tio cōprehendere tuā largitatem: quanto minus po
teſt comprehendere tuam eternorū ⁊ celeſtiū bonorū
largitatem/ que oculus nō vidit/ nec auris audiuit/
neq; in hominis cor aſcendit. ¶ Dñe deus oībus il=
lis modis quibus tue bonitatis excellētia demōſtra
tur: tua largitas propalatur. quare inquātū largiris
tuam bonitatem/ miſericordiam/ ⁊ alias virtutes co
gnoſci et ſciri in hoc ſeculo vel futuro: intantum tua
largitas demōſtratur. ¶ Deus cui impendere ſerui=
tium eſt regnare: humana cōditio nequit in hoc mū
do ita perfecte recipere dona tua/ ſicut tua manꝰ lar=
giflua ea confert. ⁊ hoc ineſt illi/ quia homo donum
perfectum in hoc mundo recipere non eſt dignus: in
alio autem ſeculo non eſt ita. quia homines eterne
beatitudinis poſſeſſores ita perfecti erunt et comple
ti ob tuam gratiam: ꝙ ibi perfecta dona a te recipere
poterunt. ¶ Domine deus diuerſitas tuorū mune=
rum q̄ tu confers mortalibus in hoc mundo: accidē
taliter ꝓuenit ꝓpter fragilitatem ⁊ miſeriā eorūdē.

quia ſicut defectus ſunt in homine ꝗ̃plurimi et di-
uerſi: ſic decet ꝙ tu eis conferas dona ꝗ̃plurima ⁊ di
uerſa ex quibus ſanatiuã medelã predictis ſuis de-
fectibus poſſit dare. ſed in futuro ſeculo non eſt ita.
nam eo ꝙ homo in celeſti patria defectũ nullum mu
nere gratie patietur: ſufficiet ei vnũ donũ gratie: ſcili
cet donũ glorie perfecte paradyſi ❡ Cũ tu dñe deus
vnicuiqꝫ reſpõdeas ſecũdum magis ⁊ minus/ ꝓut
tue iuſtitie exigit iuſta libra: oportet ꝙ ĩ celeſti patria
eis maiorem conferas gloriam qui maiora merita ĩ
hoc ſeculo ſunt adepti: ⁊ illis minorem quorũ opera
non tantam beatitudinem meruerũt. ſed ꝓpter hoc
ꝙ tu perfectiſſimus es largitor: ⁊ quia conueniẽs eſt
vt illi qui ſunt in gloria perfectũ recipiant a te donũ:
oportet vt dono quod a te ibi recipiũt (perfectiſſimo
quidem ac ſine diminutione aliqua) ſint contẽti: vt
gloria quã confers quilibet ſit contẽtus. ❡ Singula
ris dñe loca illuminãs tenebroſa: ſicut ineſt tibi pro-
prie in largitate abundare: ſic ineſt naturaliter conti
nue ac proprie iuſtis beatitudo eterne glorie: quam
tue largitatis benignitas cõfert eis. quia cuilibet ap
proprias gloriam ⁊ beatitudinẽ in eternum: ilico vt
tua miſericordia eũ vocauerit ad eterna gaudia pa-
radyſi/ ita ꝙ ſupnaturaliter ineſt eis continue in te ꝑ
gratiam gloriari ❡ Dñe deus eterna munera glorie
que confers iuſtis: non ſunt accidẽtalia prout patere
poteſt cuilibet euidenter. quia iuſtis cõtinue inſunt
ſemper: ⁊ in vno tempore non ſunt maiora ꝗ̃ in alio
nam ſi ita eſſet nullatenus eſſent ꝑfectiſſima dona. ⁊
ſi perfectionem munera non haberent: ſeqretur ꝙ tu
non eſſes largitor perfectiſſimus. ❡ Dona etiã tue
glorie non procedunt vel oriuntur a re aliqua haben
ti materiã ſiue formam queadmodũ illa dona ꝗ tri-
buis in hoc mundo: imo procedũt ſolum a tua diui
na eſſentia. quia tu dñe te tribuis iuſtis totũ vt in te
plenarie glorientur. ❡ Deus ꝗ per cõtemplationem
tue diuine eſſentie eterna gloria ac beatitudine com
ples iuſtos. ſicut maxime inundãtie aquarum hume
ctant: ⁊ per ſupabundantem refectionẽ terras ſatiãt
ſitientes: ſic (⁊ multo melius) dona tua eterna iuſtos
complent/ ſatiant/ ⁊ reficiunt celeſti gloria paradyſi:
et hoc per intuitum tue humanitatis ⁊ ſimul tue dei
tatis. ❡ Sicut optima terra imbuta congruentibus
temporibus pluuiis moderate affert gramina ſemi-
num/ florum/ atqꝫ fructuum diuerſorũ modorũ inu-
merabilia: ſic beati qui ſunt tue celeſtis beatitudinis
poſſeſſores: eis ꝑ oſſeſſione tradita paradyſi imme-
diate voce inceſſabili tuum nomen glorioſiſſimum
laudant/ benedicunt/ glorificant/ ⁊ exaltant. ❡ O ꝗ̃
beati ſunt illi qui ſunt tue eterne glorie poſſeſſores/
et ꝗ̃ maledicti illi qui tuis muneribus ſunt expertes
et propter ſua delicta damnati ad penas perpetuas
ſuſtinendas. quia cum tua largitas generaliter cun
ctis creaturis dona conferat innumerabilia: et maxi
me rationali: infeliciſſimo merito ſunt cenſendi/ qui
in futuro ſeculo tuam non ſentiunt largitatẽ. ❡ De-
us qui vnicuiqꝫ creature ſua neceſſaria ſubminiſtras
Tanta eſt tua largitas et munera que defluũt ab ea
dem: quia vt cauſam iuſtis habeas largiẽdi ordinas
ꝙ ipſi incedant per primum motum in ſuis operibꝰ
in hoc mundo: ⁊ vt in eis rectam intentionem habe
ant atqꝫ veram. ❡ Omnia bona que a tua defluunt
benigniſſima largitate: ad dandum creaſti occaſio-
ne boni: ⁊ non ad auferẽdum neqꝫ occaſione aliqua
detrimenti. quare cum creaueris ea omnia volunta-
te largiendi: ego humilis ſeruus tuus tuam clemen
tiam ſuppliciter precor: vt eternorum bonorũ michi
partem digneris tribuere ❡ Dona eterne glorie que
a tua poſtulo largiflua bonitate: non a te peto/ quia
meis operibus merear illa: verũ ideo ꝙ ea creaſti vt
indigentibus prebeantur. vnde cum tu habes ea cõ
ferendi plenariam volũtatem tibi tanꝗ̃ ſummo lar-
gitori ſupplico vt horum me facias participẽ ❡ Deꝰ
qui a damnatione perpetua liberas ſeruos tuos: ſi-
cut ille rex nuncupatꝰ largiſſimus ⁊ ꝓbiſſimus inter
regnicolas qui ſemper quando comedit facit ſui pa
lacij ianuas aperiri vt poſſint intus ingredi (ſine dif
ficultate ianitoris) quicunqꝫ voluerint refici ex ſuis
epulis: ſic tu dñe aperuiſti ianuas tue carnis quãdo
corpus tuum permiſiſti flagellis crudeliſſimis cedi:
et lancea perforari. vnde iſtud tibi placuit tolerare vt
aperirentur ianue paradyſi omnibus introire cupiẽ
tibus: que propter peccatum prothoplaſti erant toti
humano generi prius clauſe. ❡ Benedicta ſit domi
ne deus tua iuſtiſſima largitas nunc ⁊ ſemꝑ. quia ꝗ-
cunqꝫ ingreditur gloriã paradyſi ipſum locũ requiei
ingreditur per patefactionem tue benigniſſime lar-
gitatis. ⁊ quicunqꝫ penas ingreditur gehennales: in
greditur maxime ratiõe cupiditatis ſuipſius ❡ Do
mine deꝰ tua benigniſſima largitas remittit culpas
hominibus ⁊ multitudinem peccatorum: vt poſt cõ-
ſummationem huius vite miſere efficiantur tuorum
donorum celeſtium poſſeſſores. ❡ Domine deus iu
ſtorum refectio ſingularis. Nullus ĩ celeſti patria (ni-
ſi tu ſolus) vtitur largitate in hoc ꝙ ibi nullus preter
te aliquid confert. nam nichil eſt ſufficiens ad tanta
dona (que a tua largitate procedunt) tribuenda pre-
ter te. quia oportet vt dona que ibi dantur totaliter
ſint perfecta: et dona perfecta nullus poteſt tribuere
niſi tu ſolus pater ſancte. ❡ Unde quia nichil preter
te poteſt in celeſti patria dona dare: propter hoc illi
qui dona accipiunt perfecte accipiunt a te. ⁊ ſi ab ali
quo alio illa acciperent niſi a te omniũ creatore non
perfecte capere illa poſſent/ cum nullus (preter te ſo-
lum) perfectus largitor alicubi ſit inuentus. ❡ Si-
cut dona que tu confers in regno eterne beatitudi-
nis/ ſunt excellentiſſima atqꝫ ſumma/ quia procedũt
ab excellentia tue largitatis: ſic beati qui in regno pa

radyſi accipiunt a te dona/ſunt in ſumma beatitudi
ne iubilantes. eo ꝙ capiunt munera a ſuperabun=
dantia tue largitatis. ¶ Deꝰ qui recta libra facta pō
deras ſingulorū: vt tua largitas poſſet ordinate glo=
rie dona dare: voluiſti diuerſa paſſionum genera in
hoc ſeculo ſuſtinere. ¶ Quis poſſet exiſtimare maxi=
mum errorem vel fatuitatem que eſt fere in cunctis
hominibus huius mundi. quia dum in hac vita/tua
miſericordia eos inuitat ⁊ expectat ad gaudia para=
dyſi: ipſi cum continua importunitate bona tempo
ralia eis inutilia a te petunt/poſtponētes petere eter
norum gaudiorum beatitudinem paradyſi. ¶ Do=
mine deus cum dona que tu cōfers in hoc ſeculo ne
mo quantūcunqꝫ ſit ſubtilis comprehendere poſſit
(quia nemo intellectu ſuo rem poſſet percipere infi=
nitam) quanto ergo minus poteſt intelligere quiſqꝫ
dona eterne glorie que ſunt magis infinita ⁊ ſine cō
paratione aliqua maiora. nam durabilior eſt poſſeſ=
ſio bonorum temporalium que tu cōfers/qꝫ ſint gra
tie que propter illa in hoc ſeculo tibi fiunt. at non eſt
ita dn̄e de bonis celeſtis glorie que tu confers/ q̇a tā
tum durant gratie que propter bona celeſtis beatitu
dinis tibi fiunt: quantum poſſeſſio eorūdem. ¶ Deꝰ
cuius miſericordia ad ſatiſfactionem condignam ex
pectat quēlibet in hoc mūdo. cum in hoc ſeculo eter=
na dona glorie per tuam gratiam oporteat me mere
ri: te lachrimabiliter flexis genibꝰ precor vt des mi=
chi gratiam viuendi taliter in hoc mundo/ꝙ (expul=
ſa a me cupiditate qualibet) merear conſequi gloriā
tue eterne beatitudinis. ¶ Pater miſericors deus: ſi
cut ineſt tibi proprie eterne glorie dona dare: ſic ineſt
mee humane fragilitati proprie (peccatis meis exigē
tibus) auferre bona pauperibus q̄ eis tribuis in hoc
mundo. vnde cum tua natura ſit ſumme largitatis ⁊
excellentie: et mea ſit valde inanis ⁊ fragilis: ac cupi
ditate nimia excecata: tuam clemētiā precor quantū
poſſum: vt ipſa operetur in me ſecundum proprieta
tem tue nature oībus naturam prebēs ⁊ nō toleres
me ſecundū proprietatem mee nature peſſime opera
ri. ¶ Omnis laus ⁊ benedictio tue largitati ineffa=
bili ab omnibus hominibus īpendatur. q̇a placuit
tibi ſeptimādecimam diſtinctionem ad effectum du
cere: ad honorem ⁊ reuerentiam tui deus.

¶ Incipit decimaoctaua diſtīctio/ in qua tractatur
de auxilio quod confert deus humano generi.

Qualiter deus iuuat oēs illos qui amo
re ſui/labores in hoc ſeculo patiuntur.

DEus qui creatis omnibus auxilium
tuum confers. omnis laudum actio
tue bonitati incomprehenſibili ꝓbea
tur: quia tuum auxilium omnibꝰ iis
ſuccurrit/qui tui amoris intuitu labo
res in hoc ſeculo patiuntur. nam tu
confers eis munus ſpecialis gratie/gratia cuius ipſi
incedunt per primum motum: qui ſemper triumphū
obtinent contra illos qui per ſecundū motū ducunt
in hac vita fragili greſſus ſuos. ¶ Dn̄e deus tua be
nignitas adiuuat omnes illos qui amore tui labo=
res ſuſtinent in hoc mundo: vt in eo reſidentes ad te
diligendum ⁊ tibi ſeruiendum intentionem habeāt
ordinatam. quia prima intētione in hoc mūdo te di=
ligunt ⁊ honorant/ſecunda vero intētione expectāt
in regno tue eterne beatitudinis gloriari. ¶ At om=
nes illos tuum benigniſſimum auxilium pretermit
tit: qui per ſecundum motum ducunt in hoc ſeculo
greſſus ſuos: ⁊ qui inordinatam intentionē habent
in his que faciunt in hoc mundo. ¶ Domine deus
bonorum omniū largitor. Cum ſapientia hominis
terminetur: ⁊ infra certū terminū ſint hoīs omēs vi=
res: quando homines qui tui amore diuerſas in hoc
mundo ſuſtinent paſſiones: vt tibi laudes/honorē/⁊
reuerentiam poſſint dare: indigent ſapientia qua id
poſſint ac velint. que tranſcendit terminū eis prefini
tum: tunc tu miſericorditer iuuas illos conferēs eis
vltra terminum humane conditioni aſſignatū poſſe
ſapientiam atqꝫ velle ⁊ ita de reliquis. ¶ Pater glo
rioſiſſime quādo perfidi infideles de fide cum catho
licis altercantur: ipſis infidelibus de facili eſt conclu
ſum: ⁊ ad metam ſeu ad inconueniēs a fidelibus de
ducuntur. quia non eſt qui ſcientiā eorum vel poſſe
transferat ſupra terminū vbi eorum poſſe vel ſciētia
terminatur. nam nichil ſic eos adiuuat vltra termi=
num eorum ſicut tuū auxiliū qui vera intētione exer
cent omēs in hoc ſeculo actus ſuos. ¶ Propter hoc
pater omnipotēs quia tu adiuuas oēs illos qui tibi
vera intentione ſeruiunt in hoc mundo: ob hoc ipſi
triumphum obtinent contra eos quibus tuum auxi
lium non dirigit actus ſuos. nam quando ipſi indi=
gent maiori ſcientia ⁊ ſapientia ⁊ reliquis virtutibꝰ
que intra ſuum terminū includuntur vltra quem nō
eſt eis licitum preterire: tu in maiori quantitate (ꝓut
eorum neceſſitati expedit) confers eis. ſed nichil per
mittis eos qui per ſecundum motum ducunt in hoc
ſeculo greſſus ſuos: vltra eorum terminum ī aliquo
adiuuare. ¶ Deus noſtra protectio atqꝫ ſalus. illi q̄
(vt nomen tuum glorioſiſſimum per vniuerſum or=
bem valeant diuulgare) ſubire mortem vllatenus nō
formidant: precipue ſunt ij quos tuum auxilium ad
iuuat in hoc mundo/poſt terminum humane condi
tioni miſere limitatum. ¶ Pater miſericors deus.
quando heretici ⁊ alij infideles cruciant diuerſis paſ
ſionibus ſeruos tuos. qui tuum euangelium predi=
cant in hoc mundo: tunc tuum benignum auxilium
fouet eos in habendo deuotionem/amorem/et pa=
tientiam in mundanis paſſionibus tolerandis tam
valide ꝙ nequeant a predictis paſſionibus ſuperari.
¶ Uerum diuerſa genera cruciaminum (que eis in

hoc ſeculo inferuntur)ſunt ipſis ꝗ̃plurimū tui amo=
ris feruore/placida ⁊ amena: ⁊ omnia ipſa ſuſtinent
patienter:⁊ magis ſine comparatione aliqua placet
eis:quādo ea in hoc ſeculo poſſunt pati:ꝗ̃ ſi eis ſub
traheretur paſſio eorū. ⁊ ſicut infelices qui eos cru=
ciant vincere eos credunt:ſic proculdubio patientia
ipſorum patientium vincit illos ¶ Deus qui bonos
a malis in die iudicij ſeparabis:vocās bonos ad glo
riam tui regni: et malos mittens in voraginem ge=
hennalem.quādo illi felices qui tui amore flagellari
diuerſis paſſionibus ſe permittūt/incipiūt quodam
modo vinci ⁊ ſuperari ꝓpter eorū humanā fragilita
tem/ab eis qui eos cruciant in hoc mundo:recurrūt
ad auxilium tui dn̄i dei noſtri:tūc eos fortificas ⁊ vi=
gorem atq̧ animū das vt vincant omnia genera cru
ciaminum que eis ab infidelibus infliguntur:⁊ non
recolunt niſi tantū eternam beatitudinem tui regni.
¶ Omnes gentes ⁊ vniuerſi populi in omnibus an
guſtiis ⁊ tribulationibus noſtris ſemꝑ diuinū auxi=
lium inuocate.quia dn̄s deus noſter: nunꝗ̃ a mūda
nis paſſionibus ſuperari ac vīci tolerat ſeruos ſuos
¶ O maxime miſericordie/eſt tuū auxilium ſancte
deus:quia in quacunq̧ hora quis contrito corde au
xilium a te petat:eadē in ſuis neceſſitatib⁹ eū iuuas.
et vbicunq̧ quis ſit ibi poterit tuū auxilium īuenire
quod eum ab omnibus tribulationib⁹ ⁊ anguſtiis li
beret. ¶ Humilis dn̄e ⁊ benigne.Cū tuum benedi=
ctum auxilium beatis(qui in eo confidunt) ſit vnica
ſpes ⁊ refugium ſingulare: ego ſupplex ſeruus tuus
tuum benignum auxiliū humiliter inuoco:vt ipſum
me iuuet taliter in hoc opere/ quod ſit ad laudem et
gloriam tui nominis glorioſi: vt ꝗ̃plures barbarice
nationes (propter inſtructionem huius operis) ad
te dominū conuertātur.Quia ſine tuo auxilio ⁊ ſuc=
curſu nichil boni poteſt duci ad felicem vllatenus ef=
fectum.imo quādo abeſt tuum auxilium alicui actio
ni:continuo in rerū natura acſi non fuiſſet: penitus
euaneſcit ⁊ ipſius actionis etiam perit ipſe actor.
¶ Quare concede propicius michi deus:vt in mea
fragilitate ⁊ miſeria:opus tante deuotionis non per
mittas euaneſcere ſeu perire.nam ſepe opus mirabi
le actor perficit vicioſus.iuxta hoc quod dicitur.Se
pe creat molles aſpera ſpina roſas. ¶ Dn̄e ieſu chri=
ſte qui humanum gen⁹ tuo precioſiſſimo ſanguine
recreaſti.cū tu ſis ita paratus fideles catholicos ad=
iuuare/qui feruore tue dilectionis labores ſuſtinent
in hoc mundo:quod genus timoris vel paſſionum
poteſt terrere catholicos chriſtianos:quin moti fer=
uore tui amoris non dubitantes mortem ſubire nun
cient infidelibus veram fidem? ¶ Maximam ſecu=
ritatem ⁊ audaciam debent habere omnes illi qui la
borant in hoc ſeculo inter homines: viam veritatis
verbotenus aliis referandi.quia ipſi prius a te( q̄ eſt
eorum ſummum auxilium)adiuuantur:⁊ poſtea per
conſequens ab omnibus ſanctis ſuis.ſed in hoc ſecu
lo infideles ſolum a demonibus adiuuantur/⁊ ad vl
timum in detrimentum maximum ⁊ damnum eorū
auxilium cedit illis. ¶ Qua fronte aliq̄s catholicus
timet cum infidelibus de fide(que veritatem conti=
net)diſputare.quia ſicut tu errorem ⁊ falſitatem luci
feri ⁊ ſuorum ſequacium a tua gloria expuliſti :ſic cō
fundis ⁊ deſtruis errorem ⁊ falſam opinionem īfide
lium veritate quam cordibus fideliū īfudiſti. ¶ Do
mine deus qui ſemper prefers mendaciis veritatem
Cum ꝗ̃plurimum admirer de vniuerſis fidelibus
chriſtianis/qui non propalant infidelibus veram fi
dem:maxime miror de religioſis fidelib⁹/ quo timo
re ducti formidāt viā virtutum qua itur ad celeſtem
gloriam infidelibus nationibus nunciare.quia vere
tuum auxilium neminem derelinquit:qui veritatem
noui teſtamenti et veteris infidelibus manifeſtat.
¶ Cauſa quare fideles catholici veritatem tue diui
ne eſſentie:⁊ tue humane conditionis dubitant infi
delibus reſerare eſt iſta: q̄a plenarie atq̧ perfecte de
tuo auxilio non confidunt. ¶ Nam ſi ipſi ſua corda
et corpora munirent tuo auxilio cōfidenter : nullum
genus paſſionum in hoc ſeculo formidarent: ⁊ maxi
me poſtꝗ̃ eis patefieret ꝙ ea que ipſi vellent agere:
eſſent ad tuam beneplacitam voluntatem:⁊ cederēt
ad magnificētiam ⁊ exaltationem tui excellentiſſimi
nominis. ¶ Deus qui a damnatione perpetua tuos
eripis ſeruitores.illi perfectiſſime ſunt beati qui( qn̄
totis ſuis viribus tibi ſeruiunt in hoc mundo: eis ac
cidit ꝙ ad ſeruiendū tibi perfecte ſue vires deficiunt
atq̧ poſſe)recurrunt ad confidētiam auxilij tui ſtatī:
vt in eis defectum ſuppleat omniū eorum que deben
tur in hoc mundo a quolibet tibi reddi. ¶ Saluator
mundi deus.illi qui perfecte in tuo auxilio non con=
fidunt:aliquando cum amore tui ad proponēdū:dei
de ad complendū bonum aliquod mouebūtur:ſi eis
viſum fuerit ꝙ nec eorū poſſe neq̧ ſcientia ad id qḋ
proponunt poſſit ſufficere ad complēdum:ſtatim ca
dunt in deſperationē/ cogitantes ſecum ꝙ illud qḋ
propoſuerant/non poſſint vllatenus ducere ad effe=
ctum.et id accidit eis:quia niſi in ſui poſſe vel ſcien=
tia non confidunt/tanꝗ̃ nō ſperantes ab aliquo ad=
iuuari. ¶ Vere credo et nullatenus dubito quin om
nes illi qui confidūt ſꝑ in tuo auxilio : et maxime qn̄
ſuū poſſe ſeu ſciētia deeſt ipſis : proculdubio ſint de
numero electorum.⁊ tales ſunt qui propter confidē=
tiam tui auxilij:frequēter incipiunt bona facta: ⁊ du
cunt ea feliciter ad effectum.ſed infelices qui de tuo
indeficienti auxilio nō confidunt:debent ſeipſos pu
tare eſſe expoſitos omni infortunio atq̧ malo: quia
dubitant incipere bona facta:⁊ multa incepta propt̄
ſuam diffidentiam derelinquunt. que omnia ſi conſi
derarent in tui auxilij bonitate: ad effectum feliciſſi=
mum deportarēt. ¶ Omnis gloria ⁊ benedictio tibi

ieſu tribuatur nunc ⁊ imperpetuum ab omnibꝰ crea
turis. quia tu dediſti ⁊ reliquiſti nobis manifeſtũ ſi=
gnum in hoc ſeculo/in quo euidẽter demonſtras au
xilium tuum nobis. nã tu nobis figuram tue crucis
ſalutifere reliquiſti/in qua pendet extenſis brachiis
imago tui dñi ieſu chriſti ad ſignificandũ ꝙ tu adiu=
uare/amplecti/⁊ vocare ad te quẽlibet ſtas paratus.
¶ Et ſicut tua crux ſalutifera oſtendit nobis: ꝙ tuũ
auxilium nos a ſeruitute demonis liberauit in quã
cecideramꝰ propter peccatum grauiſſimum protho
plaſti: ſic oſtendit nobis lignũ crucis in qua pepẽdi=
ſti omnibus illis ſuccurſum tui auxilij deficere neſci
re/qui ad exaltationẽ ⁊ magnificẽtiam tui nominis
cupiunt toto ſuo corde pati martyriũ in hoc mundo
Quia illud auxiliũ qđ nobis tua crux potẽtiſſima re
preſentat quod quidẽ fuit nobis collatũ ab illa hora
qua mortẽ tuum corpus precioſiſſimũ ſuſtinuit: illud
idem repreſentatur nobis ſemꝑ/quando in hoc ſecu
lo amore tui tribulationes/labores/dolores/ſiue an
guſtias ſuſtinemus. ¶ Deus infra cuius poteſtatẽ
omnia terminant. mirabile fuit illud auxiliũ toti hu
mano generi quod feciſti. nã tuo ꝓcioſiſſimo ſangui
ne/⁊ tua carne benedicta quam ex vtero beatiſſime
virginis aſſumpſiſti: illi perdito ſuccurriſti tunc quã
do ei ſalutem in ligno crucis miſericorditer reparaſti
¶ Cum tu dñe ieſu chriſte/humanũ genus predicto
adiuueris modo: qualiter poteſt eſſe ꝙ fideles catho
lici modo cõſimili nõ adiuuant infideles qui ꝓpter
defectum auxilij quotidie ĩ penas tartareas ſubmer=
guntur? ¶ Pater miſericordie: ego humilis famulꝰ
tuus deuotiſſime te oro vt tantam infundas oĩbus
humanis cordibus charitatẽ/ꝙ fideles in hoc ſecu=
lo ita adiuuẽt ĩfideles: vt omnes pariter ad ſalutem
ſuarum animarum te domine ieſu verum cognoſcãt
hominem atq; deum.

¶ Qualiter deus adiuuat illos qui li=
benter faciunt elemoſynam.

DEus qui ordinaſti ꝙ ſicut aqua extin
guit ignem/ſic extinguat peccatũ ele
moſyna in hoc mundo: omnis gratia
rum actio nunc et ſemper tue diuine
eſſentie tribuatur. q̇a tu adiuuas om
nes illos: qui amore tui bona tempo
ralia erogãt pauperibus in hoc mundo. ¶ Dñe deꝰ
diuites propter auaritie humane conditionem tan=
tum diligũt bona tẽporalia huius mundi: que viſco=
ſitatẽ vt retineantur ꝓculdubio tantam habẽt: vt ex
ipſis pauperibus nullatenus facere poſſint partem/
niſi ex oppoſito eos in hoc tuum auxilium adiuuet.
¶ Sed quia (vt predictum eſt) tuũ auxilium ad ero=
gandũ adiuuat locupletes: ob hoc ſolũ ipſa egenis
de ſuis facultatibus ſua neceſſaria ſubminiſtrant.

¶ Intantũ adiuuat tuum auxilium vnũquenq; : vt
quando accidit ꝙ feceris fieri elemoſynam alicui de
omnibꝰ bonis ſuis: ſic vt de ipſis bonis nichil rema
neat penes eum: poſtea adhuc tu das eidẽ plenariã
voluntatẽ adhuc plura tribuendi in hoc mũdo ſi de
ipſis bonis temporalibus plura haberet ¶ Nõ ſolũ
tuum auxiliũ tales iuuat ad habẽdã benefaciẽdi ple
nariam voluntatẽ: imo etiam facit eos ſuſtinere pau
pertatem in hoc ſeculo patiẽter: ⁊ facit eos laudare ⁊
magnificare te toto tẽpore vite ſue ĩ ipſa penuria exi=
ſtentes. ¶ Dñe deꝰ aliqñ accidit ꝙ tu confers maxi=
mam copiã oĩm bonorum tẽporaliũ illis qui amore
tuo non ceſſant pauperibus erogare. ita ꝙ maiorem
copiam eis tribuis in hoc mũdo/q̃ ipſi pauperibus
poſſint dare. quia tu confers ingeniũ ⁊ tantã ſagaci=
tatem ipſis in bonis tẽporalibus acq̇rendis: ꝙ nõ ſo
lum bona temporalia ſufficiunt ſibi ipſis/ſed etiam
pauperibus tui deus. ¶ Deꝰ qui fine beatiſſimo ter
minas quecunq; prima intẽtione in hoc ſeculo ĩcho
antur. Tuum diuinum auxiliũ duxit ad effectum fe=
liciſſimũ omne illud qđ finaliter bona intentione eſt
inceptum. Nam quãdo q̇s amore tuo edificat eccle
ſias in q̇bus tua diuina officia celebrant: vel hoſpita
lia in q̇bꝰ tui pauperes admittunt: vel põtes ꝑ quos
tute tranſeant illi quos oportet de vno loco in alium
ſe transferre: qñ forte accidit ꝙ ad illud qđ incepit ne
quit ſufficere ſuum poſſe/tuũ diuinũ auxilium ad vl
timum ſic adiuuat illud opus: vt ꝑueniat ad illũ op=
tatum effectũ/quẽ eiꝰ fundator ĩ ſui initio exoptauit
¶ Dñe deus cõplures incipiũt q̃plurima edificia in
tuitu noĩs tui cultus: qui eas incipiũt fundare ꝑmi=
tus cum poſſe minimo facultatũ huius ſeculi: ⁊ hoc
propter maximã cõfidẽtiã tui ĩdeficiẽtis auxilij bo=
nitatis. q̇a ſciũt ipſum minime deficere illis: q̇ ĩ ipſo
ſperant fiducialiter in hoc mundo. ¶ Laudate ergo
vniuerſe gentes id auxilium: qđ abeſſe in eo ſperanti
bus nunq̃ nouit. nã ſi quis bene velit attendere vir
tutem tui auxilij gratioſam: ipſe videbit palã ꝙ ipm
in hoc ſeculo cuilibet ſua neceſſaria ſubminiſtrat: et
in futuro dat eis (qui in eo vere ſperauerit) gloriam
ſempiternam. ¶ Deus qui in fine ab omni labore et
anguſtia eripis ſeruos tuos: ſicut illi qui compatiun
tur indigentie pauperum miſerorum/illis tuo intui
tu ſuas elemoſynas erogantes ipſos pauperes ad=
iuuant: vt valeant in hoc ſeculo ſuſtentari: ſic tu adiu
uas pauperibus elemoſynas faciẽtes in hoc mũdo
vt in futuro ſeculo per tuam gratiam eternam habe=
re requiem mereãtur. ¶ Pater miſericordie deꝰ: mi
rabile eſt auxiliũ qđ tu cõfers illis qui amore tuo ege
norũ ſubueniunt pauꝑtati: q̇a ipſi ꝓpt donũ bonoꝝ
temporaliũ q̇ erogant pauperibꝰ ĩ hoc mũdo que re
ſpectu bonorum ſpiritualium nichil eſtimanda ſunt
acquirunt beatitudinẽ eterne glorie paradyſi. ¶ Do
mine deus/qualitercunq; quis elemoſynã faciat tuo

intuitu de ſuis bonis tēporalibꝰ in hoc mūdo: ſemꝑ
a tuo auxilio adiuuantur:ſed maxīe illi ꝓculdubio a
tuo auxilio adiuuanť/q̇ exponūt ſua corpora feruore
tui amoris diuerſis generibꝰ paſſionū/⁊ qui ad vlti
mū ꝓ tuo noīe ampliādo deſiderāt mortem pati.
¶ Dn̄e deꝰ q̇ es nobis manifeſtū indiciū veritatis.
qn̄ locupletes erogant paupibꝰ ea q̄ neceſſaria:non
ſunt eis/vel ea q̄ ſunt ipis ſupflua:⁊ de mēſa reſidua
eorūdē/ipis ꝑmitus ſaturatis:tūc ipſi nō faciūt tātā
elemoſynā:nec acq̄rūt ſibi tātū meritū quātū credūt
Sed qn̄ ipſi faciūt elemoſynā de his q̄ ſunt neceſſa=
ria magis eis:tūc tibi eſt talis elemoſyna acceptabi=
lis/atq̧ grata.ꝙ ꝓ tali iuuas in hoc ſcl'o ⁊ in alio ma
xime vnūquēq̧. Quia manifeſte apparet ꝙ q̇ dat il=
lud qđ eſſet illi valde neceſſariū ſi illud ſuis neceſſita
tibus retineret bene daret illđ qđ ad neceſſitatē nul
lā illi faceret.q̇a cōplures ea q̄ nō ſunt eis neceſſaria
lagiunť:q̄ ſi neceſſaria eēnt eis/ea nullatenꝰ largiren
tur.q̄re ſm̄ facultatem ſuoꝝ bonoꝝ elemoſynā īpu=
tas cuicūq̧:⁊ ſm̄ neceſſitatē quā ꝓpter eiꝰ largitio=
nem ſuſtinet in hoc mūdo. ¶ Miſericors dn̄e ⁊ ſal=
uator.tu adiuuiſti infirmitatē ineſtimandā hūani ge
neris atq̧ mortē/ ī quā ꝓpť peccatū ceciderat ꝓthoplaſti:⁊ hoc ꝑ verā elemoſynā quam de tua carne hu
mana quā aſſūpſeras de beatiſſime Marie virginis
vtero facere voluiſti.nā tu feciſti de tuo corꝑe elemo
ſynas laude dignas in hoc ꝙ ipm̄ ī hoc ſcl'o diuerſis
paſſionibꝰ ſubdidiſti. ¶ Cū tuū auxiliū qđ ꝑ ſanctā
recreationē tuā hūano generi cōtuliſti nulliꝰ hūani
poſſet capacitas cōprehēdere intellectus/nec cōpre=
hēdere etiā maximā neceſſitatē q̄ erat ipi hūano ge=
neri demonis ſubdito poteſtati: cur auari diuites q̇
manū ſubtrahūt paupibꝰ/fame moriētibꝰ atq̧ ſiti:
nō habēt benignitatē ꝑdicti tui auxilij/pre ſuoꝝ lu=
mine oculoꝝ ⁊ maxīe tꝑe chariſtie/in q̄ maior neceſ=
ſitas hoc requirit? ¶ Illi debēt feliciſſimi merito nū
cupari/q̇ in arcto tꝑe maxīe chariſtie aꝑiunt ſua hor
rea ad ſuſtētationē tuoꝝ pauperū ieſu chriſte.nam hi
plus ꝯfidūt de tui auxilij bonitate:q̧̄ de bonis trāſi
torijs huiꝰ vite. ¶ Deuota mente ⁊ hylari debet ī te
domīe deꝰ quilibet exultare: q̇ nō reſpicis quātitatē
elemoſyne:ſed eā dātis potius volūtatē. q̇a magis
grata ⁊ magis acceptabilis eſt modica panis elemo
ſyna deuota mēte ⁊ bona intētiōe ab vno pauꝑe alij
erogata/q̧̄ maxia elemoſyna pluriū nūmoꝝ a diui=
te ꝓ vana gl'ia ⁊ ſub hypocriſis noīe tributa. ¶ Nā
v̄tꝰ elemoſyne nō reſpicit quātitatē:ſed intētionē po
tius tribuētis vt ꝑdixi.vnde ſi illi q̇ elemoſynas ma
gnas ꝑbēt/volūt ꝙ ſue elemoſyne vtiles fiāt eis:ero
gēt eas libēti aīo ⁊ vera ītētiōe ſm̄ quā es cuilibet tu
dn̄e reſpōſurꝰ. ¶ Dn̄e icōprehēſibl'is bonitatis.illi q̇
nō habēt poſſe magnas elemoſynas erogādi/ ſi ma
gnificare ſuaꝝ elemoſynarū voluerit quātitatē/vtq̧
tam ipſis erogantibꝰ q̧̄ recipiētibꝰ vtiles poſſint eē:
magnificent eas vera intentione ⁊ maxima deuotio
ne:quā habent in prebēdo.quia cū talibus poteſt ele
moſyna augmentari. ¶ Deuotione ergo mentis et
cordis cōtritione:debemus vniuerſaliter oēs agere
tibi copiā gratiarū/ꝓpter auxiliū qđ nobis cōfers ī
hoc ſeculo/in noſtris elemoſynis cōferēdis.quia ni=
ſi benignitas tui auxilij nos iuuaret / ita ꝙ volūtatē
erogandi ac bona tēporalia nobis daret/⁊ eam intē=
tionē quā debet habere quilibet in elemoſynis ero=
gandis:quis ꝑ ſe vnq̧̄ haberet in ſe aliquatenus hec
ꝑdicta? ¶ Dn̄e deꝰ/benignitatem tui auxilij humi=
liter imploro/vt ipſa adiuuet me ad bene eligēdum
pauperes/quibꝰ eſt melius et ſalubrius elemoſynas
erogare.nam multo melius eſt illis paupibꝰ elemo=
ſynā erogare q̇ ꝓpter receptionē illius/ tibi dn̄o ma
ximas agunt gratias: q̧̄ illis qui nec tibi/ nec ijs qui
eis elemoſynā cōferūt/reddūt grates. ¶ Pater om
nipotens ſancte deus/adiuua ꝑ tuā piiſſimā miſeri=
cordiam me taliter ī hoc mūdo/vt oēs elemoſynas
quas olim feci valeā obliuiſci ſic vt ipſarū memoria
nulla michi ſuccurrat:ne ꝓpť earū mēoriā vana glo=
ria queat in me naſci/⁊ ꝙ ꝑcipiam ⁊ intelligam debi
tum futurarū elemoſynarū/quas in hoc ſeculo tene
or erogare. ¶ Dn̄e deus pater ⁊ defenſio orphanoꝝ.
tu ſolus es ille qui adiuuas oēs illos q̇ erogāt amo=
re tui ſuoꝝ bonoꝝ tēporaliū tuis paupibus faculta=
tem.⁊ hoc ꝑparando ⁊ dirigendo eis viam qualiter
acquirāt ſuis meritis ꝑ tuā grām ineffabilia gaudia
tue glorie paradyſi. ¶ Omnes illi ſunt infelices non
īmerito nūcupandi/q̇ plus diligūt ea q̄ tuo nomine
pauperes eis petunt/q̧̄ te dn̄m cuius intuitu ea pe=
tūt. ¶ Unde cū plures infelices/ ⁊ auari diuites plꝰ
diligant bona tēporalia q̄ ab eis petunť a pauperibꝰ
q̧̄ te deū qui eis bona oīa que habēt in hoc ſeculo cō
tuliſti:ꝓpter id famem/ſitim/frigora/ ⁊ q̧̄plurimas
alias paſſiōes pauperes patiūtur . quia peccatis no
ſtris exigentibus fere plures ſunt illi qui magis dili
gunt bona trāſitoria huius mundi: q̧̄ te dn̄m deum
noſtrū. ¶ Dn̄e deus/qui ſemꝑ tuoꝝ ſubuenis neceſſi
tatibus famulorum.auari diuites plus ꝯfidūt ī ſuis
horreis tēpore chariſtie/q̧̄ in tui auxilij bonitate: eſt
ne ergo aliqua temeritas / q̄ iſti valeat cōꝑari/ſcʒ ꝙ
quis plus ꝯfidat in cumulatione aliqua tritici vl' an
none/q̧̄ ī te qui ſolus eſt bonorum omniū tributor?
¶ Dn̄e deus/q̧̄ terribilē ſententiā ſunt audituri a te
illi/q̇ non ſubueniūt pauperibus tꝑe chariſtie. quia
multotiēs accidit ꝙ pauperes in deſperationem inci
dant in hoc mūdo/ꝓpter penuriā quā de bonis tem
poralibus patiūtur. ¶ Pater īmortalis deꝰ/tuā cle
mētiā ſuppliciter ꝑcor et deuote/vt ſi forte acciderit
(qđ abſit)ꝙ pauperes in deſperationē inciderint/ ꝓ
pter meā bonoꝝ tēporaliū parcitatē:citius auferas ⁊
ſubtrahas facultatem bonorum meorum omniū mi
chi deus.

❡Qualiter deus adiuuat homines contra ſuos mortales inimicos.

Deus ſub cuius poteſtate omnia iclu
duntur. tu ſolus oībus ſeruis tuis/ q̄
opprimũtur iniuſte a ſuis capitalib⁹
inimicis: es refugiũ ſingulare / ⁊ ſolũ
a tuo auxilio ꝓtegũtur. ❡Dñe deus
quãdo fideles catholici pugnant ad
fidem romane eccleſie exaltandã: nũꝗ̄ eos benigni=
tas tui auxilij dereliquit. imo ſemꝑ taliter iuuat eos
ꝙ infideliũ ſint victores ⁊ triumphũ cõtra illos obti
neant. Nam veritas fideliũ (ab ore quoꝝ nichil niſi
verbũ veridicũ eſt ꝓcedẽs) vincit et ſuperat menda=
ces allegationes/ et altercatiões q̄ ab ore infideliũ ꝓ
ferũtur. ❡De⁹ q̄ ſperãtes in te facis victores imuro
ꝯfidẽtie/ ⁊ nõ ꝯfidẽtes ſue multitudine quantitatis.
ſepe in bello accidit vt cauſa vnius optimi pugnato
ris vincat tota pugna/ ſic ꝙ triumphi obtineat ſibi
palmã/ magis ꝗ̄ cauſa alioꝝ omniũ pugnantiũ: ſic
eſt abſꝗ̄ dubio de te dño deo noſtro/ vt oẽs q̄ ꝓ te
in hoc ſc̄lo p̄liant: ſemꝑ aduerſus oẽs ſuos p̄ualeant
aduerſantes. ❡Dñe deus ſicut vim omniũ trahen=
tiũ nauem: oportet eſſe cõuenientẽ ſimul ⁊ ꝯcordare.
nã aliter nauẽ trahere nõ valerẽt: ſic ſi vis eorũ/ qui
ꝓpter te in hoc ſeculo p̄liant: ꝯueniat cũ tua ſimulꝗ̄
cõcordet: ſemꝑ erũt triumphatores omniũ ſuoꝝ ad
uerſantiũ et victores. ❡Qua fronte q̇s metuere ad=
uerſarios ſuos poteſt/ poſtꝗ̄ ſibi cõſtat ꝙ tu eũ in oī
bus factis ſuis ꝓtegis ⁊ defendis? nam tũc poteſt cõ
ſtare alicui ꝙ tu eius in oībus es defenſor: quãdo ꝓ
exaltione tui nominis glorioſi/ non dubitat ſe expo=
nere cuiuis generi paſſionũ. ❡Dñe deus virtutum
quiꝗ̄ ſenſus corporales qui ſunt in quolibet: ſunt ho
minis ꝓculdubio inimici: ⁊ cõtra quecũꝗ̄ totis ſuis
viribus p̄liant. vnde tanta eſt vis ⁊ rigor ſenſuũ p̄di
ctoꝝ/ ꝙ niſi benignitas tui auxilij quẽlibet adiuua=
ret: in vno momẽto a virib⁹ ſenſuũ vinceret. ❡Pro
tector noſter de⁹ pater miſericors et benigne. Quan
to inimici alicui⁹ illi ſunt ꝓpinquiores: tãto ipi plus
nocere poſſunt. vnde cũ diuitie tẽporales ſint morta
les nobis oībus inimici/ ⁊ quodãmodo neceſſario
accedere oporteat nos ad eas: īfunde nobis gratiã
vt tales inimicos capitales noſtros odio habeam⁹:
vt exiſtẽtes a longe obeſſe nullatenus poſſint nobis
❡Inimici familiares (q̇bus fides adhibet / et quos
q̇s veros diligit vt amicos) poſſunt inferre maius ⁊
grauius nocumentũ. quare cũ nr̄i filij et vxores ſint
deteriores et peiores (quos poſſumus habere in hoc
ſc̄lo) inimici: ⁊ nos de amore eoꝝ ꝗ̄plurimũ cõfida=
mus/ te miſericordit oram⁹: vt adiuti tui auxilij pie
tate/ ficto amore vel ſeruitio letaliter ab eis nos deci
pi nõ ꝑmittas. ❡Deus a cuius largitate ꝓcedunt
munera vniuerſa. ꝗ̄ increpandi ſunt illi q̄ ꝑ viã am=
bulant veritatis: quando timent poſſe vinci vel ſepa
rari ab eis/ qui ſequũtur viam erroneã falſitatis. q̇a
proculdubio qui ita timent ab ipſis infidelibus ſu=
perari: in ſeipſis defectũ cõfidentie tui indeficientis
auxilij patiũtur. ❡Quis poſſet tantã temeritatem/
quanta hec eſt cuiuis alij merito cõparare: vt quis
ſcꝫ plus ſuũ timeat inimicũ/ ꝗ̄ confidat in tui auxi=
lij bonitate. quare ergo nõ cogitat vnuſquiſꝗ̄ ꝙ poſ
ſis melius ſine cõparatiõe aliqua quẽlibet adiuuare
ꝗ̄ nocere ſuus valeat inimicus? ❡Erubeſcant igit
omnes illi qui magis ſuoꝝ hoſtiũ timent iram: ꝗ̄ cõ
fidentiã de benignitate tui indeficiẽtis auxilij ⁊ ſuc=
curſus/ qui ſperantibus in eo deficere nunꝗ̄ nouit.
❡Domine deus cuius clementia ad penitentiã nos
expectat. quando fideli chriſticole diſputanti de fide
catholica/ cũ aliquo potentiſſimo infideli/ ad decapi
tandũ eũ ſine vlla miſericordia ab ipſo infideliſſimo
eſt minatũ/ niſi fidem catholicam negauerit quã pre
tendit. ſi forte illi accidat ꝙ minas timere incipiat ſi=
bi factas: imediate debet cogitare quia propinquius
eſt auxiliũ tuũ illi ꝗ̄ pena quã ei infideliſſim⁹ vult in
ferre: ⁊ imediate debet ſimiliter cogitare: quia ipm li
bentius vis iuuare: ꝗ̄ ſuus ipſi nocere cupiat iimic⁹.
❡Omnes q̄ predictũ nõ capiũt modũ/ ⁊ timẽt ꝙ ab
infidelibus occidantur/ et de tuo auxilio plenarie nõ
confidũt: ꝓpter hoc territi infideliũ ſunt timore: q̇a
magis volunt vitam ducere miſeram in hoc mundo
ꝗ̄ ſi ꝓpter confeſſionem et predicationem vere fidei
mortẽ ſubirent corporalẽ. poſt quã īmediate beatitu
dinem ꝑciperẽt tui regni. ❡Dñe deus cũ ego idign⁹
famulus tuus hactenus maiorẽ timorẽ de meis ha=
buerim inimicis/ ꝗ̄ ſpem ſiue confidentiã de tui au=
xilij bonitate: nũc p̄cor te vt id poſſim ne decetero ti=
moris tranſitorij metuam vllũ genus/ ſic ꝙ confidẽ
tia tui benigni auxilij me muniat: vt ſim paratus mo
ri pro dilatanda fidei catholice veritate. ❡De⁹ cui⁹
miſericordiã poteſt facile cõſequi vnuſq̇ſꝗ̄. ſi ſtrẽnui
milites quando cum alijs p̄liant/ cõfidãt in ſuis mu
nitionibus/ ſuiſꝗ̄ ꝓprijs viribus/ ⁊ ſuoꝝ ſimilit ſo=
cioꝝ: quanto plus illi qui ſunt in certamine ſimul cũ
orthodoxe fidei inimicis/ debent confidere de tuarũ
viriũ firmitate/ ⁊ de tui auxilij bonitate? Quia ꝓ ma
iori parte accidit ꝙ arma q̄ in p̄lio quis ducit: iuadã
tur inimicoꝝ ictibus/ ⁊ frangantur: et equi vulneri=
bus ſepe cadant: et ſocij qui ſunt dati in auxiliũ eos
fugiant quos deberent defendere ⁊ iuuare. ſed tu do
mine inuadi potes nullatenus aut corrumpi/ nec tu=
os vllo tempore derelinquis. ❡Quando ergo fide=
lem diſputare cũ infidelib⁹ oportebit/ cũ ipſi ſuis vi
ribus/ v̄bis/ ſeu timore diuerſoꝝ generum paſſionũ
ſubuertere eũ credent: ipſe confiſus de tua benignita
te ⁊ ſperãs de tua miſericordia auxilij ⁊ ſuccurſus: eo
rũ auſteritatẽ et maliciam ꝑ verã patientiã ſupabit.
❡Dñe de⁹/ q̄ pro ſalute humani generis humanam

naturā ſumere voluiſti.ſicut eſt ꝓpriū malignis ho-
ſtibus vt ipſi ſint nobis crudeles/peſſimi/ꝛ rebelles:
ſintq́ꝫ ꝓut poſſunt breuiter oppoſiti ꝛ cōtrarij omni
bus factis noſtris:ſic tibi eſt ꝓpriū ꝙ oēs ſeruos tu-
os adiuues/ꝓtegas/ꝛ defendas.q̇s ergo ſeruus tuꝰ
cōfidēs de tuo auxilio ſuos mortales debet metuere
inimicos? ¶Si inimici mei dn̄e noſtri cōditor et re-
dēptor/auferre michi huiuſmodi bona tēporalia poſ
ſint:tu es potētiſſimus vt nō ſolū ea quidē reddere
aut reſtituere michi poſſis/ſed etiā multo eis quan-
docūq́ꝫ tibi placuerit meliora. ¶Si mei ſimiliter ini
mici poſſint ī hoc mūdo occidere corpus meū: tu es
potens in die reſurrectionis reddere illud michi/ me
lius/pulchrius/clarius/ꝛ ſerenius ſine aliqua cōpa-
ratione:quia tūc erit glorificatū corpus qḋlibet bea-
toꝝ.q̇s ergo debet pro te timere ſeu plāgere/ corpus
ꝑdere in hoc mūdo:poſtq̄ꝫ ſcit ꝙ in reſurrectiōe ſine
cōparatione recuperabit multo melius/vt predixi?
¶Deus q̄ intima cordis hominū iudicas/ vt verus
iudex ꝛ cognitor ſecretoꝝ.ego īfeliciſſimus peccator
ſum michiipſi peior ꝛ letalior inimicus q̄ꝫ alius quē
habeā in hoc mūdo. vnde cū ego ſim michiipſi quē
habere valeā peior hoſtis:quocūq́ꝫ ego vadā/ꝛ vbi-
cūq́ꝫ ſim/ſum cū peiori ꝛ letaliori inimico/quē habe
re valeam in hoc mūdo. ¶Cauſa quare ego ſum ef-
fectus michiipſi crudeliſſimus ꝛ peſſimus inimicus
eſt hec:q̄a ego cōdeſcendi ad incedendū ꝑ ſecūdum
motū/qui oēs eos q̄ ꝑ eiusviā incedūt/deſtruit/ꝛ oc
cidit. ¶Deꝰ q̄ omniū neceſſitatū noſtrarū es refugi-
um ſingulare. niſi bonitas tui auxilij me adiuuerit
(de meipſo michiipſi nō efficiar tutus) auferens mi
chi volūtatē ꝛ animū incedēdi ꝑ ſecundū motū ſalu
ti cōtrariū.ſed tanq̄ꝫ victus a fragilitate mee huma-
nitatis et miſeria ſuperator. ¶Sancte pater deꝰ for
tis q̄ deles crimina mortis.adiuua ꝑ tuā miſericor-
diam ſeruos tuos de tuo auxilio cōfidentes: vt tuos
poſſint vincere inimicos.adiuua etiā miſericors et
benigne deꝰ oēs illos quos vicit humana miſeraq́ꝫ
conditio vicijs varijs irretita:quos a peccato ꝓtho-
plaſti aqua baptiſmatis ſacri lauit. ¶Dn̄e deꝰ licet
noſtra merita nō acquiſierint vt tu debeas nos iuua
re:tn̄ clemētiā tuā hūiliter ꝓcamur/ne reſpicias nr̄o-
rū paucitatē meritoꝝ/ad noſtrā miſeriā ſubleuādā:
ſed bēignitatē tui auxilij q̄ ſperātibꝰ ī ea deficere nū-
q̄ꝫ nouit. ¶Pat̄ miſericors ego peccator/dignꝰ cru
ciari quauis pena peccatis meis exigētibꝰ : ſum vnꝰ
eoꝝ qui ſunt victi ꝛ ſuꝑati a ſuis crudeliſſimis inimi
cis/ſicq́ꝫ victus ꝛ ab eis ferociter cōculcatus / recur-
ro ad tui auxilij bonitatē.quia ad nichil aliud habe-
re queo refugiū/niſi ad te ſolū dn̄m deū noſtrū/cum
a te ſolo me oporteat medelā recipe ſanatiuā. ¶De
us q̄ languores noſtros miſericorditer aufers nobis
illi qui ꝑ auxiliū tue miſericordie/peccatoꝝ in hoc ſe
culo ſūt victores:nullos quātūcūq́ꝫ feroces metuūt
inimicos.quia poſtq̄ꝫ ſine peccato mortali ſunt:non
debēt metuere amore tui ſibi ab aduerſarijs ſuis ali-
quas iīurias irrogari. Quare ergo illi qui ſine pecca
to ſunt mortali:timebunt aliquos inimicos vel ſibi
(vt predictū eſt)aliquē caſum infortunatum euenire:
poſtq̄ꝫ omnia maloꝝ ſeu paſſionū genera(q̄ eis poſ-
ſint inferri)ſint ſuoꝝ meritoꝝ/ꝛ ſue glorie ad augmē
tum:immo debent corde et animo quaſuis anguſti
as ꝛ tribulatiōes ad patiēdū tui amore in hoc ſecu-
lo optare. ¶Valde debent eſſe omnes illi leti/hyla-
res/ꝛ iocundi : q̄ ſciunt tue protectioni/ꝛ tuo auxilio
ꝓpter ſua merita:et potius ꝓpter tuam gratuitā cle
mentiam ſe ſubeſſe/ꝛ nullū veſtigiū triſtitie debet in
illos cadere/ꝓpter aliquas paſſiones quas ſuſtine-
ant in hoc mundo.quia leta mente vulta quolibet ſi
bi fieri ſeruitiū ſemper deus.

### ¶Qualiter deus adiuuat omnes illos q̄ faciunt penitentiam in hoc mundo.

DEus ob cuius pietatē peccatores mi
ſericordiā ꝯſequūtur.benignitas tui
auxilij adiuuat omnes illos: q̄ agunt
penitentiam in hoc mūdo . quia ſine
tuo auxilio peccatū derelinquere ne-
mo poſſet/nec facere penitentie di-
gnos fructꝰ. Quia cū ipſe homo ꝑ ſe ſit fragilis crea
tura:ꝛ in eſſe venit de non eſſe:poſtq̄ꝫ ceciderit in pec
catū ꝑ ſecūdū motū ambulans/non habet naturam
imo nec poteſtatē per ſe viā peccatoꝝ fetidiſſimam
exeūdi.quia peccata ſunt accidētaliter de natura ho
minis cuiuſcūq́ꝫ/et hoc quia de priuatiōe/ſiue de nō
eſſe venit ī eſſe. ¶Unde cū ꝑ ſe nemo exire nexus va
leat vicioꝝ:tu ſolus deꝰ es ille/qui adiuuas hominē
in hoc mūdo ad derelinquēdā viā peſtiferā peccato
rū/ꝛ ad faciēdam verā penitētiam pro cōmiſſis.quo
niā auxiliū confers ei in hoc: quia ponis ipſum in li
bero arbitrio vie ſalutifere adherendi/ꝛ vicioꝝ con
tagia dimittendi. ¶Omnis gloria et benedictio tuo
benigniſſimo auxilio tribuatur:qḋ dat gratiam ho-
minibus penitētibꝰ in hoc mūdo/vt ꝑ primū motū
ambulēt in oībus ſuis opibꝰ atq́ꝫ factis:q̄ quidē mo
tus nūq̄ꝫ deuiat a recto tramite veritatis. ¶Propt
bonitatē tui auxilij qḋ tu cōfers hoībus ad incedē
dū ꝑ rectū tramitē ꝓmi motus:ipi faciūt in hoc ſclo
penitētie dignos fructꝰ:vt ieiunia/elemoſynas/ora-
tiōes/aliaſq́ꝫ id genus:que a peccatis animā reddūt
mūdam. ¶Dn̄e deꝰ ſicut de ſecūdo motu ī hominē
deſcēdūt vicia vniuerſa:ſic(tamē tuo auxilio mediā-
te)a ꝓmo motu oēs ꝟtutes veniūt ī hominē ꝛ deſcē
dūt. ¶Dn̄e deus ſicut ꝓpriū eſt lapidi et naturale/
deſcendere et appetere ſemꝑ centrum/cū omne gra-
ue naturaliter deorſum tendat:ſic eſt ꝓpriū ꝛ natura
le homini a tua gratia derelicto/labi et deſcendere

in peccatum/ex eo quia quātū de se est vſq ad ſūmū quouis fragilitatum ⁊ miſeriarū genere eſt refectus. ¶Sed ſicut eſt ꝓpriū ⁊ naturale aeri atq igni/ tendere ⁊ aſcēdere ſemꝑ ſurſum/⁊ hoc ꝓpt ſuā maximā leuitatem/⁊ ꝙ terrā ⁊ aquā in qbus ꝯponūtur naturaliter ſupius ad ſe trahāt:ſic eſt ꝓpriū tui auxilij bonitati peccatores a vicijs eleuare/⁊ eos ꝑ verā penitentiā dirigere ad virtutes. ¶Deus miſericors ⁊ ſuauis/oēs qui agūt penitentiā in hoc mūdo : debent laudare ⁊ glorificare auxiliū/qđ tu confers eis hylariter ⁊ deuote.quia tuū auxiliū mortificat in eis potētiam ſenſitiuā:⁊ facit oriri in eoꝝ cordibus deuotionē/penitentiā/⁊ amorē/aliaſq virtutes: ſic vt faciat ipſos eē aptos ad ꝑcipiēdū eternū brauiū paradyſi. ¶Deus ꝗ dignā capis a malefactore quolibet vltionem. Nō eſt cōſuetudo furis ſiue latronis/vt illđ qđ furtim ceperit ei a quo habuit reddat.nec eſt cōſuetudo luxurioſi hominis ſeruare ſiue diligere caſtitatē/ neq homis ſupbi hūiliter ſe habere:neq homis ingluuioſi ſiue paſyti habere abſtinētiā in edēdo: atq nō aliter de alijs vicijs. ¶Unde cū de oibus predictis vicijs ⁊ ceteris/ſubleues hominē in hoc mūdo/ eū erigēs ꝑ oris cōfeſſionem/⁊ cordis cōtritionē/ et ſatiſfactionē operū ad virtutes: quia ꝑ iſta tria oportet veram penitentiā fieri a quocūq:patet ergo ꝙ nemo ꝑ ſe/nec ꝑ vires ſue nature/ ꝓpe poteſt derelinqre vicia hu⁹ vite:imo oportet eū eſſe adiutū(ſi cupit a vicijs eſſe mūdus)a tui benignitate auxilij ⁊ ſuccurſus. ¶Unde ſolū tuū auxiliū hūanā adiuuās creaturā:eſt cauſa quare fur reddit ⁊ reſtituit ea ꝗ furtiue ſubripuit ſiue doloſe.⁊ eſt cauſa ſimiliter quare facit luxurioſum hominē eſſe cōtinentē/et ſeruare contra ſue carnis ſtimulos caſtitatē:facitq abſtinere a quali bet ventris ingluuie:et crapula paraſytū : atq idē in ceteris vicijs a quibus humana fragilitas ꝑ tuū auxiliū ſubleuat. ¶Deus qui a laqueis demonū ꝓtegis ſeruos tuos. ſicut caliditas et frigiditas ſunt qualitates natura ⁊ proprietate adinuicē repugnantes:ſic quando quis deuote/corde ⁊ animo ad te dominū eſt cōuerſus:faciens verā penitētiam pro delictis:habet repugnātiā ꝗplurimū ſue nature ꝓpe repugnātem. ¶Cū ego ꝗplurimos religioſos homines multoſq alios videā facere penitentiam in hoc mūdo/quos primitus vidi diuerſa ⁊ varia peccatoꝝ genera exercere:non imerito tue benignitatis auxilio laudes totis meis viribus debeo decantare/ et ipſum humiliter deprecari/vt adiuuet me ſicut ceteros penitentes ad faciendū(dū tempus habeo)penitentie dignos fructus. ¶Dum ergo ſumus in iſto inſtāti temporis facile tranſeuntis/dū etiā tua miſericordia ad penitentiā nos expectat:oremus ſimul tuū indeficiēs auxiliū flexis genibus ⁊ genis madidis riuulo lachrimarū/vt iuuet nos vanas/ tranſitoriaſq et fragiles voluptates huius ſeculi deuitare : ⁊ aſſumere laborē vere penitētie fructuoſum. ¶De⁹ in cuius domo ſunt multa hoſpitia manſionū.niſi ꝗs ſatiſfecerit ꝑ verā penitētiā in hac vita/ſic vt eam compleuerit dū hic viuit:oportet neceſſario ꝙ eā cōpleat in purgatorio in futuro ſeculo ꝑ penā cōmiſſis ꝑteritis cōgruentē/vbi tuū auxiliū quotqt illuc ingrediūtur ſuſtinet:vt in eis digna penitentia cōpleatur. ¶Nam niſi in eſſe illos ꝗ ſunt in purgatorio tuū auxiliū ſuſtineret:nemo agere penitētiā ibi poſſet. ꝗa i vno momēto vel in minori etiā tēporis ſpacio ipſe pene ꝗ ibi īfligunt inumerabiles et ineſtimabiles ipm deleret. ¶Cū tu reducis in memoriā illis ꝗ faciūt penitētiā in purgatorio eternā gloriā paradyſi/⁊ ipi recolūt ꝗa pene quas ſuſtinēt finē ⁊ terminū ꝯſequent: poſt quarū cruciamina poſſeſſuri ſunt gloriā ſine fine:iſta ꝗdē memoria ꝯſolationē tribuit tantā eis/vt oēs penas ꝗ eis infligūtur ꝗſi leuit patiūtur. ¶Dñe de⁹ ꝗ facis ſeruos tuos patiēter labores penitētie in hoc ſclo ⁊ in futuro (in purgatorio ſcilicet)ſuſtinere. maius tediū ⁊ maior labor quē ego tolerauerim vel ſenſerim in hac vita/fuit quando de huius mūdi vicijs me tranſtuli ad penitentiā ꝑagendā. ¶Tā difficile eſt peccatori/ſuoꝝ pondus derelinquere peccatoꝝ/et agere penitētiam ꝓut eam fieri a quolibet decet:ſi cupit ad gaudia paradyſi ꝑuenire:vt niſi clemētia tui auxilij eū ad deponēdū huius mūdi vicia adiuuaret/⁊ eū erigeret ad v̾tutes:nūꝗ fructū penitētie ꝑ ſe toto tpe vite ſue aggredi acceptaret. ¶Poſtꝗ ergo ꝑ viam vere penitentie oportet ſalutis viā quēlibet acquirere in hoc mundo/⁊ illā agere nemo poſſit(vt predictū eſt)niſi benignitas tui auxilij eum iuuet:nullū aliud habem⁹ remediū niſi iſtud :ꝙ ſcilicet humiliter oremus vt ꝑ tuā clemētiā ad faciendā penitētiā nos adiuues de⁹ noſter. ¶Deus ꝗ nō negas veniā cōtrito corde petētib⁹ eā tibi. tam difficile eſt ⁊ ꝯtrariū mee nature fragili penitētie agere vere fructū: ꝙ ad faciēdū eā ipſam naturā nequeo vllaten⁹ adaptare/niſi tu de⁹ miſericors radices ſcidas ⁊ amputes omnino vicioſas.ꝗa cū a tua miſericordia fuero adiutus:iā domare poꝝo illā ad bonū ꝗdlibet pagēdū. ¶Totū auxiliū qđ peto a te dño deo meo: eſt vt michi taliter benedicas/tuā michi gratiā infundendo:vt tantū feruorē veri amoris tui miſericorditer i me colloces/vt plus te diligā creatorē/ꝗ meipſum vel aliquā creaturā. ¶Hoc autē cū tali cōpleueris me amore:ero penitētiā agere ꝑpat⁹ : ꝗa ꝗcito cor meū ꝑfecte icepit te amare/tā cito ipm omniū delictoꝝ ſuoꝝ incipiet penitere/ ⁊ virtutibus adherere ⁊ totus motus inceſſus mei tenebit viā rectiſſimam primi motus/ꝗ ſemꝑ reſpicit veritatem. ¶De⁹ ꝗ corda ⁊ renes hominū ꝑſcrutaris.ſicut ego peccaui fere modis oib⁹ peccatoꝝ/niſi tu me adiuueris vt agam tot modis penitētiā i hac vita/ꝗt ſubmiſi miſerū me peccatis:ſic omnibus modis penarū ⁊ cruciaminū

in alio ſeculo cruciabuntur omnia mēbra mea. ¶ Ergo ſi ego peccaui omnibus illis modis quibus poteſt in hoc ſeculo quis peccare: neceſſario me oportet facere penitētiā omnibus illis modis: quib⁹ mortalis quis eam facere poſſit. quia omnib⁹ modis fui penitētie obligatus ſtatim: quando peccatorꝫ modis omnibus me ſubieci. ¶ Cū ego dñe deus ſim tā fragilis ⁊ miſera creatura / vt ſine tuo auxilio p vnū momentū agere penitētiam non valerē / ⁊ ſim obligat⁹ facere penitētiam omnibus modis / quibus deliqui ante tuū angelū / quē michi pro cuſtodia tribuiſti: qs poſſet exiſtimare maximā neceſſitatem que eſt michi de tui auxilij bonitate: abſq̧ quo nichil boni etiā valeo inchoare? ¶ De⁹ cuius nichil poteſt reſiſtere voluntati. q̄ infelices ſunt / qui ad finē dierū ſuorꝫ expectant penitētiam inchoare. quia tūc lōgeuus vſus / vetuſtas / ⁊ infirmitates ⁊ cōplura alia impedimēta: contrariātur eis q̄plurimū ad faciēdum penitentiā in hoc mundo. ⁊ quis poſſet pcipere illorū beatitudinem beatorum / qui in ſua incipiunt facere penitētiā iuuētute: in ea perſeuerātes vſq̧ ad diem ſui obitus. ¶ Peccatores qui in hoc mundo penitentiā agere nullā volūt: quia nullaten⁹ credūt q̧ ad faciēdū illā poſſit eorꝫ fragilitas ſufficere: tales de tuo auxilio ſūt deſperātes / nullā eius habētes cōfidētiā. nā ſi i tuo auxilio cōfiderēt / ſeu ſperarēt: nō formidarēt aſperitates alicui⁹ penitētie ſuſtinere. ¶ Ex pdictis rationibus poteſt quicūq̧ colligere euidēter: q̧ nullū bonū debet ſibiipſi aliquis reputare: ſed ſolū tui auxilij bonitati benigniſſime de⁹ / ꝑpter quod quecūq̧ bona ſunt in creaturis ſunt a te quouis dubio ꝑcul pulſo. nam omnis boni ſpecies ſolūm procedit ⁊ defluit a te domino deo.

¶ Incipit decimanona diſtictio / in qua tractat̄ de humilitate dñi noſtri ieſu chriſti.

¶ Qualiter natura diuina humiliauit ſe quādo aſſumpſit carnem humanam.

Deus q̄ in exēplū vere humilitatis / humanā voluiſti ſpeciē recreare: tibi ineternū oīs gratiarū actio tribuat̄. q̄a placuit humanā ſumere tibi carnē ex vtero beatiſſime v̄gis glorioſe. ¶ Dñe deus. cū tu ſis infinitus / omnipotēs / ⁊ eternus / ⁊ breuiter virtute qualibet perfectus / ⁊ humanā vnieris tibi formā / cui ieſt pncipiū atq̧ finis: qs poſſet tantā humilitatē tuam tanti dñi cogitare? ¶ Hanc tantā hūilitatē habere cōditor omnipotēs voluiſti: vt humanū genus pditū ad pceptionē eterne beatitudinis repararés. ¶ De⁹ fragilium fortitudo. ideo nemo poteſt tuā hūilitatē maximā cogitare quia creaturā vniri tibi placuit creatori. vt tu dñs aſſumeres formā ſerui. ⁊ quia tibi eterno fuit res habēs pncipiū counita. ¶ Dñe de⁹ maiorē humilitatē feciſſe nullatenus potuiſſes / q̄ cū tibi placuit vt tua diuina natura (cuius v̄tus ſiue excellētia poteſt minime ab intellectu aliquo ꝯprehēdi) cū eē humano / qd eſt tā miſerū ⁊ fragile: vniret. ¶ Cū ergo tua diuina natura cū natura hoīs vniat̄ i vnitate pſone: ppt̄ hoc tua maxia hūilitas nobis oībus referat̄. nā niſi fuiſſet vnita tua humanitas deitati: reuelari ſiue demonſtrari rōnali creature tua hūilitas ita apte ſicut nūc / minime potuiſſet. ¶ Tue humilitati laudabili ſit oīs honor ⁊ glīa nūc / ⁊ ſemp. q̄a eni te tātū hūiliaſti (vt ſupius eſt premiſſum) in aſſumēdo carnē humanā noſtre neceſſitatis ſpecialiter rōne / ⁊ nō ppt̄ aliq̄d / quod neceſſariū eēt tibi: ppt̄ id oſtēditur ſine ꝯpatiōe aliqua / tua humilitas eē maior. ¶ Cū tu de⁹ omnipotens te humiliaſti aſſumendo carnem humane corruptibilis ſpeciei: ꝑpter id tāte hūilitati te ſpecialiter ſubdidiſti: vt exaltares ipſam naturā hūanā / ⁊ eā a ſua miſeria releuares / ⁊ vt p ipſam exaltationē ⁊ releuationem tua maxima humilitas ⁊ bonitas ab oībus homib⁹ noſceret̄. vnde licet te intantū hūiliaueris: nō ob id tuā virtutē aliquā minoraſti / imo vt pdictū eſt tuas v̄tutes melius ad cognoſcēdū homib⁹ tribuiſti. ¶ Non imerito oēs homies generaliter tenētur conari q̄plurimū / ad laudādum tuā diuinā naturā glorioſam / q̄ ꝑpter excellētiā maxie hūilitatis voluit cū humana ſpecie couniri / eā attrahēs ⁊ efferēs de terre ſordib⁹ / ⁊ de locis ifimis ad altitudinē ſupceleſtiū ſediū beatorū. ¶ Dñe ieſu chriſte q̄ nos pditos repaſti: ad gradū tue maxime hūilitatis nullo modo poſſet aſcendere ſeu attingere aliqua creatura. quia tua ſūme cōmēdabilis hūilitas eſt in tanta celſitudine ſūmi gradus: vt nullus intellectus ad intelligēdū / vel cogitatio ad cogitādū: ipm attingere valeret. ¶ Cauſa q̄re null⁹ intellectus poſſet attingere ad pcipiēdū humilitatis maxime tue gradū / eſt iſta. q̄a nullius rei humilitas tue ſimilis i aliquo poteſt eē / ſicut tu creator non potes in aliquo creature alicui recte / ſimilitudinarie ꝯparari. ¶ Dñe ieſu chriſte / cū tua natura diuina nō niſi in vna hūanitate indiuidua aſſūpſerit carnē: patet q̧ humilitas quā feciſti in aſſumendo eā eſt nulli ſimilis: ſed omnino ſingularis. quare nulla alia humilitas poteſt huic in aliquo ꝯpari. ¶ Dirigatur ad te dñe de⁹ oratio plebis tue. q̄a ſicut tua ingēs humilitas eſt mirabilis ⁊ excellēs (nā de ſūmorꝫ bonorꝫ beatitudie voluit deſcēdere i hūc mūdū / vt ſūpta humanitate nos ad ſtatū ſalutis pſtine reparet) ſic magnitudo ſupbie / q̄ peccatis nr̄is exigētib⁹ i pectore nr̄o regnat / cupit nos ſūmos erigere ad honores ad quos debem⁹ nullaten⁹ anhelare. ¶ Quotidie videm⁹ ad oculū q̧ homo q̄ eſt de vili genere / vili officio / atq̧ loco: p elationē maximā quam habet in ſe / cupit poſſe accedere ad homines ſe officio ⁊ genere melio

res .nam mechanica officia exercentes/nitunᷣ nunc
dare militibus ſuas filias in vxores/et ſimplices mi
lites ſuas filias comitibus/ducibus/⁊ aliȷs viris no
bilibus huius mundi.et ſic humana ſuperbia appe⸗
tit queꝙ duci et trahi vltra ſibi honoris terminos li⸗
mitatos. ¶ Unde benedicta ſit tua ſancta humili⸗
tas/q̄ ſupbie humane penitus cōtradicit . quia ſicut
homines ꝓpter eoꝝ ſupbiam cupiūt aſcendere de lo
cis infimis ad excelſa:ſic propter maximā humilita⸗
tē que eſt in te/de celis in terrā tu miſericors deſcen⸗
diſti/et carnē humanā ex vtero cuiuſdā ꝟginis pau
perrime aſſumpſiſti. ¶ Dn̄e deus qui creationis to⸗
nitruoꝝ ⁊ fulgurū noſti cauſam:tua maxima humi⸗
litas eſt exemplū omnibus regibus et magnatibus
huius mūdi:vt virtuti hūilitatis totaliter ſe ſubmit⸗
tant:humiliantes ſeipos pauperibus ⁊ egenis ꝓpꝛ
te dn̄m ieſum chriſtū. ¶ Cum tu dn̄e deus ſis tante
excellentie/dignitatis/ ⁊ tantū te humiliaueris ꝓpꝛ
amorē humane in hoc ſeculo ſpeciei.q̇s eſt ille rex ſi⸗
ue imperator quātūcūꝙ honorē habeat in hoc mū⸗
do/quin humiliare ſe ꝓpter te tuis pauperibꝰ tenea
tur? ¶ Benedicta ſit dn̄e deus/tua humilitas glorio
ſa:que eſt ſcala humilibus ad celeſtem gloriā aſcen⸗
dendi/et eſt ſuperbis ſcala ſimiliter ad deſcēdendū ī
voraginem gehēnalē. ¶ Deus portus noſtri refugiȷ
ſingularis. ꝑ vniuerſum mūdum tua benedicta hu⸗
militas exaltetur:que precibus miſeroꝝ et pauperū
facit humiliari diuites et potentes.quia ꝓpter ipſam
neceſſitates et clamores egenoꝝ a magnatibus ex⸗
audiūtur. ¶ Unde cum pauperibus ſint ꝙplurimū
neceſſariȷ diuites ⁊ potentes/vt elemoſinas recipi⸗
ant ab eiſdem:benedicaᷣ tue humilitatis incōprehē
ſibilis magnitudo:q̄ hoc modo pauperibꝰ humiles
diuites facit eſſe: et benedicaᷣ eadē etiā in ſcl'a ſcl'oꝝ
que ſimiliter pauperes ipſis locupletibus neceſſari⸗
os facit eſſe.nā niſi eſſent pauperes:nō haberēt diui
tes cui ſuas elemoſinas erogarēt/⁊ ita ceſſaret meri⸗
tum/qđ acquirunt in erogādo ſuas elemoſinas pau
peribus tuis deus. ¶ Infinite cauſe quas neſcirem
verbo vllatenus ꝓpalare (ſed multas quiſꝙ ratiōa⸗
lis intelligere per ſe poteſt) cogunt neceſſario vtentē
quēlibet ratione/ne ceſſet laudare et benedicere tuā
ſanctā humilitatē toto tēpore vite ſue/que humanū
genus ꝑ mortē ſui precioſi corporis recreauit aperi⸗
ens illi viam eterne beatitudinis paradyſi. ¶ Deus
qui paterna dilectione diligis ſeruos tuos . ſi aliq̇s
imperator /rex/vel princeps ī ſuis neceſſitatibꝰ vult
auſcultare aliquē pauperē ⁊ audire/⁊ ſi familiaritatē
ſecū exauditis ſuis precibus vult habere:in magnā
humilitatem debetur ei(quātū eſt in hoc tēpore) re⸗
putari.ſed multo hūilitatē faceret hac maiorē:ſi ipſe
derelinqueret ſuū imperiū ſiue ꝓpriū regnū / ⁊ ꝓpꝛ
tuū amorē virtute vere humilitatis vellet viuere in
aliquo ordine paupertatis.Quia tu dn̄e deus/cuius
preeſt dominiū toti mūdo:⁊ es īperatoꝝ omniū dn̄s
atꝙ regū:voluiſti cū noſtra humana natura ꝓpꝛ tue
maxime humilitatis excellentiā couniri/illam ꝙplu
rimum humilians cuilibet generi paupꝛtatis/et om⸗
nibus paſſionibus et laboribus huius mūdi. q̇s eſt
ergo qui poſſet ſeipm̄ humiliare ita modo debito vt
tenetur? ¶ Cōplures homines ſunt qui humilitatē
habent aliquo tēpore/et in alio vtentes motu teme⸗
rario/ſuperbiūt:ſed nō eſt ita de te dn̄o ieſu chriſto.
quia ſicut in eternū infinite tua deitas et tua huma⸗
nitas vnietur:ſic ſine alteratione aliqua eris tu hu⸗
milimus ſine fine. ¶ Deus cuius dominio omnē ho
norē et reuerentiam teneᷣ recognoſcere vnuſquiſꝙ.
ſi aliquando illi qui cū omnimoda elatiōe ⁊ ſupbia
in hoc ſeculo ſua facta faciūt vniuerſa(ꝓut eoꝝ itel⸗
lectus poſſet ꝑcipere tuā humilitatē glorioſiſſimā)
cogitarent/ꝓculdubio adeo ſuperbi non ſunt:quin
partem deponerent ſui faſtus. ¶ Cum conſtet cui⸗
libet ꝙ humilitas ſit virtus ſanctiſſima et excellens/
et q̇buis genus ſupbie ſit totaliter vicioſum/ et cū ꝓ
pter humilitatem aſcendāt omnes homines ad ex⸗
celſa/et ꝓpter ſupbiam ad infima deſcendant.et q̇s
facilius eſt ꝓpter veram humilitatem deſcendere ad
infima huius mūdi/ꝙ propter ſupbiā aſcēdere ad ex
celſa/nullus merito debet de aliquo ſuperbire : ſed ī
omnibus ſe reddere humilem ⁊ benignū.Quare per
predictam rationē patet ꝙ in excellentiori gradu ve
re humilitatis es dn̄e ieſu chriſte:ob id quia vis eē ſi
mul verus deus et verus homo/ꝙ demones in gra⸗
du ſupbie fuerūt/quādo voluerūt ſuas ſedes cathe⸗
dre tui altiſſimi ꝯparare.vnde bn̄dictus ſis dn̄e nūc
et ſemꝑ:qui maiorē humilitatē ſine cōparatione ali⸗
qua vis habere: ꝙ ſit ſuperbia que tunc fuit in demo
nibus : vel que in ſuperbis hominibus adhuc regnat.
¶ Deus cuius terribile iudicium malos de medio
iuſtorum ſeparabit.ſicut intellectualiter intelligit ho
mo formā quando generaliter ſumit eam / et ipſam
a qualibet materia cogitatione preſcindit ac ſeparat
ſic niſi tu pater miſericors carnē humanā in hoc ſecu
lo aſſumpſiſſes/nō potuiſſemꝰ intellexiſſe niſi in ge⸗
nerali humilitatem incōprehenſibilē tui deus . vnde
ſicut forma melius demonſtratur et cognoſciᷣ quan
do eſt in materia ꝙ cū eſt materie expers:ſic multo ma
nifeſtius et aptius tuā humilitatem intelligimꝰ be⸗
nedictā:quia tu carnē humanā ex beatiſſima virgīe
aſſumpſiſti/ꝙ ſi oporteret nos tuam humilitatē ma
ximā tantū in tua intelligere deitate. Quare vt meli
us demonſtraretur humilitas tua nobis:ob id pla⸗
cuit tibi humanā carnē aſſumere in hoc mundo:⁊ de
arce ſupna ad infima deſcendere orbis terre. ¶ Dn̄e
deus cū ego peccator fetidiſſimus/ſim res viliſſima
⁊ miſerrima/⁊ corruperit me peccatum/⁊ ſim in gra
du tam infimo/ ꝙ me nichil īfimius eſſe poteſt : ideo
humiliari nequeo alicui creature/q̄ me īferior poſſit

eſſe.vnde vt humiliari valeā vero modo te hūiliter oro vt erigas me in altum ſic vt poſſim me vere humiliare inferioribus creaturis:aut propter verā humilitatem placere valeam tibi deo.

¶ Qualiter dn̄s noſter ieſus chriſtꝰ fuit humilis in omnibus ſuis operibus in hoc mundo.

